6

205

R. 5
6/7

C. 24
C. 1

6
n° 205

Cur

6

205

DE OCTO ORATIONIS PARTIVM CONSTRVCTIONE LIBELLVS.

Cum commentarijs Iunij Rabirij, & Hiſpanica interpretatione.



ANTVERPIAE,
Apud Martinum Nutium.
1553.
Cum Priuilegio Cæſareo.

CÆsareo priuilegio concessum est Martino Nutio typographo admisso, vt imprimat omnes libros permissos prælegi in ludis literarijs, vt latius patet in literis eidem à Cæsarea Maiest. indultis Bruxellæ quarto die Martij. M. D. XLVI.

Subsig. P. de Lens.

[redacted]S RABI- RIVS IOANNI A PVL- chro Riuo, præfecto Bra- geraci, S.



PER MAGNI intereſt diſcentium, Præfecte vrbis, linguę Latinæ fideliter initiari: quippe qui, niſi his, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, artibus doctè erudiãtur, fruſtra in cęteris elaborabunt. Hanc plagam plerique iſthic acceperunt: quorum omnis, in euoluenda legum ſylua, opera vnam ob cauſam perierat, quòd emendatè loquendi ſciẽtia minimè ſuccincti, & vt Græci dicunt, ἀνίπτοις χερσὶν, rem tantam, vbi verborũ elegantia refulget, aggrederentur. Cuius peſtis cauſa ac origo mihi cuncta rimanti, ea vel prima ſuccurrit, quòd dum neſcio quas Grammaticæ claues, aurea compendia, poſtremo dictata, quas ſcripturas illi vocãt, nudè ac frigidè doceant, inculcent ipſi pręceptores vitioſi, vt nuſquam magis ſimiles habeant labra lactucas: non fieri poteſt, vt orationis munditiem ſibi comparet puer. Nec enim is rectè quenquã erudiet, cuius ſermo vitioſus ſit: vt nulla res dat alteri colorem, quem ipſa non habet. Hoc tamẽ plerique eo (me Deus ita amet) ſupercilio faciunt, vt ſe rei grammaticæ Atlantes iactent, idq; pueris miſeris perſuadeant: quod etiã vnius cõfeſſio-

ne expreſsimus,qui extinctam Grammaticā dicebat ſe ab inferis poſſe reuocare,cui tamen tertio quoq; verbo ſolœciſmi fœditas excidebat.Cōtrà quiſquis is fuit πανεράσμιος huius libelli author, nuda præceptorū traditione omiſſa,pueritiæ formularum illicebris blādiens,illectat ad Latini ſermonis elegantiā.Quod opus cùm ciuibus tuis ludens expoſuiſſem,rationēq; contexendæ orationis,vt ſine vllo errore pueri Latinè loquerentur, demonſtraſſem:loca authorum,quę veluti ſuâ fide interſeruit,indicando:à me quidā familiariter poſtulauerunt,vt dictata hæc in apertū proferrē: quibus diu ſum equidē reluctatus, quòd diuini hominis Budæi Romanæ facundiæ diuitias,meis velut per manus cōpendio traditas,accedēte Gallicanæ dictionis lumine, publico committendas prius ducebā. Sed neſcio quo fato factū dicam, vt iis propitia Lauerna plagiarius quidā me Toloſæ prælegentē ſpoliarit:quæ iniuria mihi muſſitanda fuit. Sed ne viderer partim meos, partim præceptores(erat enim huic rei grauis & incredibilis parata quædā expectatio) vana ſpe lactaſſe, famā eruditionis affectās,vt fidē meam aliqua ex parte liberarē,ſchedas has ſub incudem reuocaui.à quibus ne quenquā obſcuritas reijceret, penè ſingulas phraſes verbis ad id ſignificandū maximè accōmodatis populari Gallica lingua reddidi,doctorū vſus conſilio: quorū æmulari exopto negligentiā potius, quàm quorundā affectatam & obſcurā diligentiā. Quis enim doctorū neſcit

pueris

pueris erudiendis omnia iuſto clariora eſſe opor
tere? quorū diſciplinā formanti deuorandum tæ
dium illud, tenuiſsimas particulas atq; omnia mi
nuta māſa, vt agunt nutrices, in os inſerēdi. Itaq;
mihi vitio verti non debet, ſi cōmoda breuitate
accedēte, verborū facili enarratione pueros ineſ-
candos cenſui, multa ad firmius ætatis robur re-
ſeruans: quibus affixis, verebar ne laboris mole-
ſtijs deterriti, multi deficerent à Muſis: quorum
nonnullis vel tædij muſca animū refringit & eij-
cit. Quid? quòd Quintiliano inter grāmatici vir-
tutes eſt aliqua neſcire. Hos cōmentarios Rober-
ti Stephani cōmiſi ac mādaui fidei: qui vnus ma-
ximè omniū occurrebat emendandis reſtituen-
diſq; literis natus, & vt ita dixerim, factus ſculp-
tuſq;. Quare, quod mihi optandum fuit, diuina
quadā virgula contigit tū typographi in iis emē-
dandis quæ mihi, nondū refrigerato inuentionis
amore, excidiſſent, felix iudicium: tum tui nomi
nis ſplendor, cui editionē hanc nuncupare viſum
fuit, non ſolū propter tua in me officia, quibus ti-
bi animam debeo: neq; propter illā vtriuſq; iuris
diſciplinā, pari prudentia coniunctā, cuius com-
mēdatione clariſsimi principis Lauſunei domus
conſilio tuo innititur, imò in te vno omniū no-
ſtratium ſpes ſita eſt: qua famæ celebritate Chri-
ſtianiſsimus Galliarū rex te iſta præfectura dona-
uit: verū quòd amplitudinis tuę odore tutus liber
ſine inuidia laudem inueniet, amicoſq; parabit.
Vale, Lutetiæ. An. M. D. XXXIII. XIII. Calē. Martij.

IOANNES COLETVS DECANVS SANCTI PAVLI, Gulielmo Lilio ad Diuum Paulum ludi moderatori primario, S. D.



AVD aliter mihi videor affectus in nouam hanc ſcholam noſtrã, Lili chariſsime, quàm in vnicũ filium pater, in quem non ſolùm gaudet vniuerſam ſuã ſubſtantiam tranſfundere, verùm etiam ſua viſcera(ſi liceat)cupit impartiri. Nam vt huic eſt parum genuiſſe,niſi eundem diligenti educatione ad bonam frugem prouexerit: ita meo animo non ſatis eſt, quòd ludum hunc inſtitui,hoc eſt,genui: quodq; inſumpto patrimonio vniuerſo, viuus etiam ac ſuperſtes ſolidam hæreditatem ceſsi:niſi modis omnibus dem operam, vt pijs moribus & bonis literis diligenter educatus,ad maturam frugem adoleſcat. Proinde libellum hunc De conſtructione octo partium orationis ad te mitto,puſillum quidem,ſed non puſillum vtilitatis allaturum noſtræ pubi, ſi diligenter abs te fuerit traditus.Scis in præceptis breuitatem placere Flacco, cuius ſententiam & ipſe vehementer approbo.Porrò,ſiqua prætereà erunt digna cognitu,tuarum partium erit, vt incident,in prælegendis authoribus adnotare. Bene vale.Domi noſtræ, An. M. D. XXI.

ERAS-

ERASMVS ROTE-
RODAMVS CANDIDIS LEC-
TORIBVS S. D.



P S A re comperio verum eſſe quod olim Græcorum prouerbio dictum eſt, εὔνοι᾽ ἄκαιρος οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. Video paſsim exoriri mei nominis & quàm ipſe velim ſtudioſiores, qui libros mihi aſſerunt, quos aut non ſcripſi, aut certè non in hoc ſcripſi vt ederentur. Vetus hic mos ſtudioſorum hominum, vt omnes animi affectus chartis ceu fidis (vt ait Flaccus) ſodalibus committant: Neque protinus euulgari velimus, quicquid cum amiculo congerrone vel ſtomachamur vel nugamur. Ediderunt epigrammata, à me quidem ſcripta, non inficior: ſed non in hoc ſcripta. Ea (ſicuti conijcio) famulus ſuffuratus typographis vendidit. Alius quiſpiam ex pauculis paginis, ijſque deprauatiſsimè ſcriptis, velut ex opere edito, dictu mirum quàm multa citet & inculcet de ratione conſcribendarum epiſtolarum. Et, vt de cæteris minutioribus ſileam, nuper hunc περὶ συντάξεως libellum mihi veluti poſtliminio vendicarũt, primitus nullius editum titulo. Quærebat Ioannes Coletus, Theologus inter Anglos eximius, nouæ ſcholę ſuæ nouum De conſtructione libellũ, qui ſimul & com

pendio pueris commendaretur & perſpicuitate. Eum huius iuſſu ſcripſerat Gulielmus Lilius, vir vtriuſq; literaturæ haud vulgariter peritus, & mirus rectè inſtituendæ pubis artifex. Abſolutum ab illo mihi tradidit, imò obtruſit emẽdandum. Quid enim facerem, cùm vir ille rogandi finem non faceret, tam amicus, vt nefas eſſe ducerem quicquam negare precanti: tantæ verò authoritatis, ſic de me meritus, vt ſuo iure quiduis etiam imperare poſſet Eraſmo? Quoniam autem ſic emendaram, vt pleraque mutarim (nam id mihi videbã eſſe facilius) nec Lilius, vt eſt nimia quadam modeſtia præditus, paſſus eſt librum ſuo vulgari nomine: nec ego iudicaui mei candoris eſſe vſurpare mihi, in quo quicquam eſſet alienum: Proinde magnopere ſum interminatus, cuiuſuis titulum aſcriberent, modo ne meum. Itaque recuſante vtroque, libellus ἀνώνυμος prodijt, Coleti duntaxat præfatiuncula commendatus. Quem quidem libellum in præſentia nec laudaturus ſum, ne cui videar arrogantior: nec vituperaturus, ne parum candidus habear. Verùm hæc præfari viſum eſt, ne poſthac quiſquam vt meum amplectatur, quod ipſe præfatiuncula mihi non aſſero. Plus ſatis erratorum & in ijs quæ publicantur à nobis, vt nemo alius edat quæ vel non ſcripſimus, vel non emendauimus. Bene vale Lector amice. Baſileæ, III. Calendas Auguſti. M.D.XV.

De



DE CONSTRVCTIONE VERBI.

NOMINATIVVS cum Verbo.



Mne verbum antecedit nominatiuus agentis, seu patientis, eiusdem numeri & personæ: vt,

Ego doleo. Tu gaudes.
Illi rident. Nos fallimur.

Verbo personali finito nominatiuum præponimus simili numero & persona.

Ego doleo, Yo me duelo. *En nominatiuus* Ego *verbo* Doleo *præfixus, cum eo numeri eiusdem ac personæ. Vtrunq; enim singulare est, personæ primæ.*

Sic, Tu gaudes, Tu te alegras.

Illi rident, Aquellos se rien.

Nos fallimur, Nosotros somos engañados. *Pronomina enim vim nominis habent, sed emendatè loquentium aures offendit vnum hominem multitudinis numero cõpellandi consuetudo: qua sermonis fœditate aliorum auribus pleriq; seruiunt: quod vt est reprehendendum, ita orationis vitium est. Nam tuipsandi, de tutear, iniuria apud Romanos nulla fit, nisi cum genus significamus, nõ personam: quale est illud Nasonis, Quæ vestra libido est. Taxat enim virorum genus: veluti si quis vni meretrici dicat, Vos estis pernicies adolescentum: non vnam notans, sed totum ordinem. Maximè tamen*

men in prima persona valebit numeri illa libertas. Cicero ad Brutũ, Populo, inquit, imposuimus, & oratores visi sumus. cùm de se tantùm loqueretur. Quas formulas tropis aßignat Fabius lib. 8. In tertia inuidiæ causa mutauit Terentius, Cùm, ait, ad vxores ventũ est, tum fiũt senes. cùm de vno Chremete diceretur. Porrò quædã specimẽ solœcismi habent: vitiosa tamen dici nõ possunt. Cicero pro Rabirio, Fit senatusconsultum, vt C. Marius, L. Valerius cõsules adhiberẽt Tribunos plebis & Prætores, quos eis videretur. Cæsar, Ad hæc quæ uisum est, Cæsar respõdit. ubi orationis integritati deest Respondenda esse: nã hic durior antiptosis vsus, q̃ vt Romana puritas ferat. Quo fit vt in illo Vergilij: Vrbẽ quã statuo, vestra est: nulla casus permutatio sit, verùm ad constructionis numeros Vrbs desideratur.

Illud non omittendũ, Agentis nominatiuum dici, qui rei cuipiam operam dare intelligitur (hoc enim agere est) vt, Ego amo. otiosum me non vides. Patientis verò nominatiuum interpretamur, cui nolenti volenti, quiera o no, aliquid fit: vt, Tu amaris à me. Tu, nominatiuus patientis est. Velis enim nolis me tui capit amor. aunque no querays.

Addunt plerique affectionẽ neutrã, cùm in aliã personã significatio nõ transit. Pateo enim aures, inauditũ est: dictũ autẽ oportuit, Patefacio aures. Cic. Ita fit ut his assẽtatoribus patefaciat aures. Escuche de buena gana. Hic multi physicũ agẽtes, suas partes omittunt, magna iuuentutis iactura. Illud deniq; subiungã, quo puer uerborũ elegãtiã imbibat, Antecedere, Præcedere, ad quæ Sequi & Apponi referũtur, à doctis usurpa-

usurpari, pro eo quod est Regi. Gaudere autē & Asciscere, & quæ utrinq; locū habēt, ne pueris afferant errorē, A priori uel A posteriori, pro sententiæ ratione accipient. Neq; doctis displicebit, Ante se habet, Post se habet. In datiuū fertur, pro eo quod est Regit. Nisi ꝙ eorū species, regendi uerbū uidetur, quo uerbo & Valla usus est: Regūt, inquit, casus, regūturq; à uerbo & participio. APPENDIX I.

Prima & secunda persona ferme nō explicantur, nisi discretionis aut Emphasis causa.

Nos accusauimus, Vos damnastis.
Tu audes ista loqui?

Qui latinè sciunt, uerbis primæ & secundæ personæ pronomen Tu non addunt. Terentius, *Quin omitte me.* Dexa me.

Nisi discretionis causa, ut Nos *accusauimus, uos damnastis.* Nosotros auemos acusado y vosotros condenado. *Est autē discretio, cùm aliquorū studia contraria sunt.* Terētius *in* Phormione. *Nunc prior adito tu: ego in insidijs hîc ero succēturiatus.* Anda primero, yo hare la celada por te dar socorro.

Emphasis uerò causa: ut, Tu audes ista loqui? Cicero Lētulo, *Ego omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio oībus, mihi ipse nunq̄ satisfacio.* Ego Cicero, *qui sum tua causa ab exilio reuocatus, qui tibi animā debeo.* Que tēgo mi vida de ti. *Est enī Emphasis, ut* Quintil. *placet, amplior uirtus, altiorē præbēs* intel-

intellectum, quàm quem verba per seipsa declarant.

APPENDIX II.

Aliquoties orationis pars, nominatiui vice ponitur: vt,

Dolet mihi quòd res non cesserint tibi ex sententia.

Oratio, *est integræ sententiæ explicatio: cuius partem dicimus fragmentum eiusdem, velut incisum, qui vocum contextus (*Clausulã *imperfectam alij,* Appellatum *alij vocant) sententiam non absoluit. Is nominatiui vice ponitur: vt,* Dolet *mihi quòd res non cesserint tibi ex sententia.* pesame que no succedio como tu quisieras. *Cuius orationis illa pars (quòd res non cesserint tibi ex sententia) nominatiui vice posita est: illi enim parti tanquã nominatiuo respondet verbũ (dolet.)*

Quod *agis, bene vertat:* Prosperé *succedat, quod agis: ad hanc formam pertinent,* plegue a dios que tu hecho vaya bien.

Itẽ à posteriori, nominis partes agit orationis pars, vt in illis bene precãdi formulis, Quod *agis bene fortunent superi.* Precor *vt hic dies tibi candidus illuxerit.* Buenos dias aya. Bona *dies, durum quidẽ videtur: sicut bonus vesper. Illud autẽ dulcius,* Faxit Deus, *vt aut placidè dormias, aut feliciter somnies.* Precor *vt tibi secunda succedant omnia.* Dios te de buena ventura.

Item verbum infinitum: vt,

Mentiri non est meum.

Adhæc

Adhæc verbum infinitum pro nominatiuo ponitur. Horatius, Virtus est, vitium fugere. Virtud es, guardar se de vicio. *hoc est, Virtus est fuga vitiorum: vbi verbum infinitũ pro nomine sequitur. In illo autem Persij præcedit, Velle suum cuique est.* A cada cabeça su seso. *Mentiri non est meum.* No es mi costumbre de mentir. *Hîc infinito verbo vsus est pro appellatione: mendacium enim meum vult intelligi.* Eiusmodi partium mutationem, Quintilianus *figuris aßignat libro 9.*

APPENDIX III.

Cùm plures nominatiui ad idem verbum referuntur, ad hunc fere modum efferuntur.

Pater & præceptor accersunt te.
Ego & tu sumus in tuto.
Tu & pater estis in periculo.
Ego cæteriq; cognati periclitamur.

Duo *singularia, vinculo intercedente postulant plurale verbum: vt Pater & præceptor accersunt te.* Tu padre y el maestro te llaman. *Quòd si alterum personæ primæ est, eiusdem verbum erit. Si verò pronomen (tu) personæ tertiæ connectitur, secundæ personæ verbum esto.* Optimus testis est Cicero *ad Terentiam his verbis, Si tu & Tulliola valetis, ego & Cicero valemus.* Si tu y nuestra hijuela Tullia estays buenos, yo y nuestro hijo Cicero bueno estamos.

Ad

Ad hunc modum dicimus,

Ego & tu ſumus in tuto. Al ſeguro eſtamos yo y tu.

Tu & pater eſtis in periculo. Tu y tu padre eſtays in peligro.

Ego cæterique cognati periclitamur. Yo y todos mis pariẽtes de padre y de madre eſtamos en peligro.

APPENDIX IIII.

Quæ per ſe multitudinem ſignificant, aliquando numero diſcrepant. Vt, Pars abiere.

Quædam, quæ collectiua appellant, numero ſingulari multitudinem ſignificant: & eo plurale uerbum efflagitant. Huius *claßis ſunt, populus, gens, turba. Virgil.* Pars *in fruſta ſecãt.* Los vnos los cortan en pedaços. *Sic,* Pars *abiere.* vna parte ſe ſon ydos. *Vbi ad intellectum refertur conſtructio.* Quo *modo rarò audeat quis loqui, niſi poëta, hiſtoriæue ſcriptor.*

EXCEPTIO I.

Excipies Imperſonalia, quæ nullum ante ſe caſum habent:

Tædet, piget, pœnitet, viuitur, ſtatur.

Imperſonalia, cùm propriæ cuiuſdam rationis ſint, puta, quorũ nullum initium inuenias, nullo indigent anteriore caſu. Vergilius, *Itur in antiquam ſyluã.* vanſe.

Terentius in Eunucho, Quid *agitur?* Que ſe haze? *Statur.* Repoſamos nos.

Plaut.

Plaut. in Persa, Quid agitur? Ter. Viuitur. Viuimos.

Terentius in Eunucho, Et tædet, & amore ardeo. Tædere, Estar enojado.

Pigere, Se repentir. Idem Pœnitet.

Quanquā restringendæ illius generalitatis gratia, casum aliquando ante se habent, quo modo personaliū uiciniæ accedunt. Terentius in Eunucho, Te illud nullo modo facere piguit. Tu no te repentiste en alguna manera delo hazer. Hîc Piguit persona non caret, sed secundam accipit. Cicero Lētulo, Eius orationi ab omnibus uehementer reclamatū est. Todos han reziamente contradizido a su dicho. Vbi impersonale Reclamatum est personæ tertiæ seruit.

Horum igitur, quæ paßiuæ uocis sunt, ablatiuum à priori non repudiant, datiuúmue thematis casu sequente, ni ab actiuis ueniāt. Nam accusatiuus proprius actiuorum, impersonalibus nunquàm consistit à tergo: ut, Legitur, Lee se.

Illud dico nunquàm, Legitur Virgilium, paßiuo utēs: sed Legitur Vergilius. Actiuæ uocis syntaxim in suū locum differimus.

Item tanquam impersonalia: vt, Lucescit, diescit, noctescit, vesperascit, diluxit, pluit, ningit, grandinat, Quæ exponūtur per verbū Fit, & Est.

Impersonalibus confinia sunt illa, exceptæ actionis uerba appellata: Diluxit, El alua del dia clareșçe.

Pluit,

Pluit, Llueue: *tum quòd tertiæ demum personæ figuraprope dicuntur : tum quòd cognatæ significationis nominatiuus (quod peculiare impersonali verbo scribit Apollonius cum Prisciano) dißimulatur: vt, Grandinat, scilicet grando.* Graniza.

Diescit, dies. El dia viene.

Noctescit, nox. Anochece, la noche se açerca.

Lucescit, lux. Haze se dia. *Quod nationum idioma suadet, reiq; natura. Terentius Heautont.*

-Portant quid rerum. CLIN. *Hei mihi.*

S. Aurum, vestẽ, & vesperascit, & non nouerunt viã. Vesperascit, scilicet vespera. Tarde se haze. *Neque Grammaticorum vulgus per omnia sequimur, qui Deũ vel naturam, nominatiuum solum fatentur, Theocriti authoritate ducti, his verbis, Nunc pluit, & clarus nunc Iuppiter æthere surgit. cùm & alijs nominatiuis gaudeant. Tibullus, Multus vt in terris depluerit q; lapis. Virgilius in Georgicis, Tantum pluit ilice glãdis. Statius lib.* VIII. *Thebaidos, Saxa pluunt. Plinius, Effigies, quæ pluerat, spongiarum ferè similis fuit.*

Item hæc, Fieri potest vt fallar.
Fieri solet. Ferè fit.
Malè fit, Bene fit.
Nam in Bene habet, subauditur res.

Verba quædam faciem impersonalium habent, personalia tamen sunt, vt,

Fieri potest vt fallar, Hazer se puede, que yo me engañe, o sea engañado. *cuius orationis illa pars (vt fallar)*

f[illegible]r) tanquam nominatiuus subseruit verbo Potest, quale est illud Terentianum in Andria,

Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo.

Eiusdẽ rationis sunt, Fieri solet, Acostumbra se. *Ferè fit,* Haze se comunmente.

Bene fit tibi, El hombre te haze plazer. *quod alias quando personale est. Plautus in Captiuis:*

Quod bonis bene fit beneficium. El bien que haze a buenos. *Eiusdem generis est,*

Bene sit: sermo bene precantis apud Persium. eius diuersum Malè sit. Terentius in Phormione,

Nunquid Geta aliud me vis? G. Vt bene sit tibi. Que bien te acontezca. *Et in Andria, Alijs quia desit quod amant, ægre est.* A otros haze mal la falta de amiga. *In quibus, Linacro authore, Benè & Aegrè pro nominatiuis nominum posita sunt.*

Cuiusmodi partium Enallage non inest orationi illi, Bene habet, in qua subauditur Res. Cicero pro Murena, Bene habet, iacta sunt fundamẽta defensionis. vulgò diceretur, Res bene vadit. Neq;, quod Syluius sentit, Habet impersonale est, quod interim antecedit nominatiuus. Plautus in Epidico, Bene hoc habet. Esso va bien. *Terentius in Phormione, Bene habent tibi principia.* Tus principios son buenos. *Cicero Appio Pulchro, Ea res sic se habet.* La cosa passa ansi. El negocio esta en esta manera.

EXCEPTIO II.

Verba infinitiui modi pro nominatiuo ac-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

uo accusatiuum habent: vt,
Gaudeo patrem rectè valere: id est,
Gaudeo quòd pater rectè valeat.

Infinitiuorũ proprius casus accusatiuus est: vt, Gaudeo patrem rectè valere. Gozo me q̄ tu padre esta bueno. *Sed, vt Cicero loquitur, audeo dicere, Placet mihi legere, pro placet me legere. Idem de Senectute, Nihil, ait, habeo necesse de meipso dicere mihi.*

VTRINQVE NOMINATIVVS.

Quædam vtrinque nominandi casum asciscunt: vt,
Deus est summum bonum.
Hic nummus videtur adulterinus.
Aristoteles habetur doctißimus.
Perpusilli vocantur nani.
Studes pronus. Dormis supinus.
Incedis rectus.

Verbum substantiuum & præcedit & sequitur nominatiuus: vt, Deus est summũ bonum. Dios es la summa bondad.

Post verò duos nominatiuos, proximiori respõdet. Terent. Amantium iræ, amoris redintegratio est. Riña de enamorados es redintegratiõ damor. *Huc pertinent*

tinent verba paßiua, quæ ad iudicium referuntur. Salustius: *Virtus clara æternaq́; habetur.*

Hic nummus videtur adulterinus. Esta moneda parece falsa.

Aristoteles habetur doctißimus. Aristotil es tenido por doctisimo.

Eiusdem claßis sunt, quæ Vocatiua appellamus, vocor, dicor, nuncupor & appellor. Cicero *in Lælio, Ex qua vna virtute viri boni appellantur.*

Idẽ in Catone Maiore, Vt sunt, sic etiam appellantur, senes. Perpusilli vocantur nani. Los pequeños se llaman nanos. *Apollinaris apud Gellium libr.* XIX. *nanos Græca voce appellari dicit, breui atque humili corpore homines.*

His connumerantur quæ finitimæ sunt significationis. Cicero *Offic.* 2. *Alio libro dictum est, qui inscribitur Lælius. Ne dixeris Intitulatur.* Horatius *in Arte, Cur ego, si nequeo ignoroq́;, Poëta salutor?* Et *Cognominor, agnominor.*

Item verba gestuum, eandem syntaxim habent. Cicero *in Catone: Venio in senatum frequens.* Vẽgo al senado muchas vezes. *Terentius in Andria, Redeo inde, iratus, atq; ægrè ferens.* Buelbo enojado, y mal contẽto. *Studes pronus.* Estudias cuesta ayuso. *Pronus es, cùm terram spectas: cui cõtraria supini uox: ut, Dormis supinus.* Duermes paparriua.

Incedis erectus. Anas derecho. *Rectus pro rectè, hîc nomine commutatur aduerbium.*

INFINITVM VARIANS.

Infinitum quoq; vtrinq; nominatiuum habet, accedentibus verbis optandi: vt,
Petrus studet videri diues.
Malim esse diues, quàm haberi.

Quorum finita vtrinq; nominatiuũ habent, infinita itidẽ à posteriori casum asciscunt similẽ præcedẽti: vt,

Petrus studet videri diues, Pedro codicia ser tenido por rico. *Quintilianus in secundo, Ita si rhetorice vocari debet sermo quicunq;, fuisse eam, antè quàm esset ars, confitebor.*

Idem libro VII. *Quo in genere semper prior debet esse defensio.*

Malim esse diues, quàm haberi. Mas querria ser rico, que pareçerlo.

At quoties accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est: vt,
Malim me diuitem esse quàm haberi.

Cicero de Offic. secundo, Gratum se videri studet.

Quintilianus in primo, Natura perfectum oratorem esse non prohibet.

Terentius in Phormione, Saluum te aduenire gaudeo. Alegro me, que vienes sano.

Quædam varijs modis efferuntur: vt,
Non licet Athenis esse probos.
Et, Non licet esse probis.

Et:

Et: -tutumq; putauit
Iam bonus esse socer.
Non vacat esse ægrotum
Non vacat esse ægroto.
Non vacat esse ægrotus.
Quanquam postremum hoc rarius est.


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Variat infinitiui Esse syntaxis cum verbis quæ datiuo gaudēt: idq; fit trifariàm. Cic. pro Flacco, Liceat ijs, qui hæc salua esse voluerunt, ipsis esse saluis. Item pro Cornelio Balbo, Quòd si cui Romano liceat esse Gaditanum. A Datiuo ad accusatiuum factus est transitus. Desyderatur interim casus præcedens.

Idem ad Atticum, libr. x. In Italia autem nos sedentes quid erimus? Nam medios esse iam nō licebit. Et pro Quintio, Ne vt par quidem sit, postulat: inferiorem esse patitur.

Illud genus loquendi nonnunquam reperimus, Licet esse ægrotus, Non vacat esse ægrotus. vt apud Lucanum in decimo,

-tutumq; putauit
Iam bonus esse socer.

Alius dixisset, Iam socerum esse bonum. Postremum puer non imitabitur. Igitur tutò bifariam efferet, Non vacat esse ægroto. Non vacat esse ægrotum. No ay reposo, para hazer el doliente. In illo autem non reciperetur, Non vacat esse ægrotus.

GENITIVVS POST VERBVM.

Sum, genitiuum poſtulat, quoties ſignificat poſſeßionem: vt,
Hæc veſtis eſt patris.

Hæc veſtis eſt patris. Eſta veſtidura es de mi padre. *Cicero in Lælio, Sed doctorum iſta eſt conſuetudo.* De hombres doctos es tal coſtumbre.

Aut ad aliquid pertinere: vt,
Regum eſt tueri leges.
Prudentis eſt multa dißimulare.
Non eſt noſtræ factionis.
Non eſt mearum virium.
Non eſt huius loci atque temporis.

Regum eſt tueri leges. De los reyes es el defender las leyes.
Quintilianus lib.12. Quatuor autem iudicia, ut moris eſt, congerentur. Segun la coſtumbre.
Prudentis eſt multa dißimulare. De hombre ſabio es diſsimular muchas coſas.
Nõ eſt noſtræ factionis. No es de nueſtro vãdo.
Non eſt mearum uirium. No eſta en mis fuerças.
Non eſt huius loci atq; tẽporis. No es coſa de eſte lugar, ni tiempo.

APPENDIX.

Item hæc duo imperſonalia, Intereſt & Refert.

Non

Non tam interest Regis, quàm totius Reipublicæ.

Refert omniũ, animaduerti in malos.

Interest & Refert, cùm significant ad aliquid pertinere, etiam genitiuum asciscunt.

Non tam interest regis, quàm totius reipublicæ. No toca tanto al rey como a toda la republica.

Refert omnium animaduerti in malos. A todos cõuiene, que los malos sean castigados.

Plinius referre exempli dixit, pro eo quod durè dicitur, Est materia consequentiæ, ut uult Budæus in Pandectas.

EXCEPTIO.

Hos tamen ablatiuos postulant, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra.

Minus interest mea, quàm tua.

Nostra nihil refert.

Interest & refert refugiunt genitiuos, mei, tui, sui, nostri & uestri, quorum loco ablatiuos postulãt mea, tua, sua, nostra & uestra.

Cicero pro Planco, Si quid mea minus interest, id te fortè magis delectat.

Minus interest mea, q̃ tua. Menos me toca que a ti.

Nostra nihil refert. No nos toca nada. No se nos da nada.

Ita, Cuia interest, & cuia refert. Cicero pro Murena, Ea cædes potißimum crimini datur cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit.

(Eſt) autem, meum, tuum, ſuum, noſtrum et veſtrum poſſeßiua, genere neutrali habet. Cicero pro L. Cornelio, *Neq; enim meum eſt contra authoritatem Senatus dicere.* No es a mi de hablar cōtra la authoridad del ſenado.

Quibus interdum adiunguntur & hi genitiui, Vnius, Ipſius, Solius.

Nō tua vnius refert, ſed noſtra omniū.

Tua ipſius refert.

Tua ſolius intereſt.

Et genitiui participiorum.

Mea refert de vita periclitantis.

Q*uorundam adiectiuorum genitiui cū poſſeßiuis pronominibus coniunguntur, quales ſunt, vnius, ipſius, ſolius: qua lege* Latinū *erit,* Non *tua vnius refert, ſed noſtra omniū.* No toca a ti ſolo, mas a todos noſotros. Et, *Tua ſolius intereſt.* A ti ſolo toca. Et *genitiuis participiorum locus eſt,* M*ea refert de vita periclitātis.* A mi toca, q̄ me va la vida en ello. Q*uod leuiter attingo, cū fuſius, tū feliciùs ſuo loco tractaturus.*

APPENDIX.

Addūtur & hi genitiui, Tanti, Quāti, Quanticunq;, Tantidem.

Nam cætera huiuſmodi adduntur per aduerbium.

Magni

Magni tua refert.
Minus mea refert quàm tua.
Maximopere refert, Nihil intereſt.
Plurimum refert.

Tanti & quanti, magni & parui, quanticunque & tantidem, ſola in genitiuo geminis verbis Intereſt & Refert *adhærent.* Cicero, *Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit.* Mucho importa, en que tiempo eſta letra te ſera dada.

Idem Tironi, Quanquam magni ad honorem noſtrum intereſt, quamprimum ad vrbem me venire. Satiſhaze mucho a nueſtra honra.

Parui mea refert. Poco ſe me da.

Cætera autem uel aduerbialiter, uel in voce nominatiui, ſiue accuſatiui, poni gaudent.

Minus mea refert, q̃ tua. Menos me toca que a ti.

Valerius, Nihil intereſt an humi, an ſublime putreſcam. No ſe me da mas anſi que anſi.

Plurimum refert, Maximopere refert. Mucho importa.

AESTIMANDI.

Verba æſtimandi genitiuis gaudēt: vt
Parui ducitur probitas.
Plurimi fit pecunia.
Tanti eris alijs, quanti tibi fueris.
Maximi penditur nobilitas.
Nihili, vel pro nihilo penditur.


UNIVERS... SEVILLA BIBLIO...

Nihili vel pro nihilo habentur literæ.

Pauci genitiui sunt, qui post verba æstimandi locũ habent: eos in numerato habere poteris ex exemplis quæ subijciuntur: vt,

Parui ducitur probitas. Poco se estima la bõdad.

Cicer.3. epist. *Demonstraui me à te plurimi fieri.* Mostrado he que tu me precias mucho.

Plurimi fit pecunia. La riqueza es muy estimada.

Cicero Tironi, *Quantã diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo.*

Tanti eris alijs, quanti tibi fueris. Tã preciado seras alos otros, quanto a ti mesmo. *Est, autem aliquando significat æstimare.* Terent. *Quãti est sapere.*

Maximi penditur nobilitas. La nobleza es muy preciada. *Pendere, æstimare dicit. Tractum ab antiquis, qui penso, non numerato ære vtebantur.*

Cicero pro Marcello, *Omnis voluptas præterita pro nihilo est habenda.* El plazer passado no se deue estimar nada.

Idem offic.2. Quæ quidem contemnere & pro nihilo ducere.

Nihili, vel pro nihilo habentur literæ. Ninguna cuenta se haze de hombres letrados.

Hoc pluris te habeo, quòd doctus es. Mucho mas te precio por ser docto. *Nam genitiui pluris, maioris, minimi, maximi, multi, huc pertinent.*

Præceptores meos semper feci plurimi. De mis maestros he siempre tenido gran cuenta.

Nauci, flocci, pili, huius non facio.

Aßis

Aßis non facio.

Teruncij non facio.

Præterea Hyperbolæ illæ prouerbiales huius classis sunt:

Nauci non facio. No le estimo vna paja. *Plautus, Nauci non erit. Est Nauci nucis putamen, aut illa membranula, quæ visitur in medio nucis iuglãdis intersita.*

Idem, Minas istas flocci nõ facio. No se me da vn pelo, de tus menazas.

Catullus, Non faciunt pili cohortem. id est, ne tãtuli quidẽ. Pilus enim & floccus, particula lanæ inutilis à vellere diuulsa, vilitatis prouerbio seruiunt.

Ad hanc formam dixit Terentius in Adelphis, Huius non facio. δεικτικῶς, *ostenso pilo aut flocco.*

Tantum valet illud Catulli, Vnius æstimemus aßis. Estimemos le nada. *Nam aßis siue as, nummulus.* Vn quatrin. *in vilitatis prouerbium versus est. quo modo terũcius, eius quarta pars.* Vn marauedi, vna maja. *Plaut. in Cap. Neq; ridiculos iã teruncij faciũt. Idẽ: Si nunc me suspendam, meam operam luserim: Et præter operam, restim sumpti fecerim.*

Aestimo etiam genitiuo gaudet. Cicero pro Cluentio, Omni contentione pugnatum est, vt lis hæc capitis æstimaretur. Id est, ut criminaliter intẽderetur: &, vt vulgo loquimur, capitalis conclusio conciperetur, ut docet Budæus in posterioribus annotationibus.

Liuius, Anquirere capitis, in eadem re dixit.

Potest & hoc sermonis genus in uerborum damnãdi classes distribui. Nam tanti litem æstimare, est tanti

dam=

damnare, quanti actoris intereſt. Taſſar las deſpẽſas.

Cicero in Verrem, act. 4. *Conſulari homini ſeſtertiûm* XVIII. *millibus lis æſtimata ſit.* Idem dixit, *Glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt.* Hoc dico, *quòd multi abhorreant à formula quæ in vſu eſt, Magno æſtimo,* pro *Magni æſtimo.*

Singulare eſt illud, Aequi boni conſulo: id eſt, in bonam accipio partem.

Doctis blanditur formula illa, Aequi boni conſulere. Tomar ala buena parte. *Quintilianus libro primo, Sitne conſul à conſulendo, an iudicando: nã & hoc cõſulere veteres vocauerunt, vnde adhuc remanet illud,* Rogat *boni conſulas.* Id *eſt, bonum iudices.*

Eodem *accedit,* Aequi *boni facio.* Cicero *ad* Atticum, *lib. 7.* Tranquilliſsimus *animus meus, qui totum illud æqui boni facit.*

Et cum copula: Terẽtius, *Cæterum equidem iſtbuc Chreme, æqui boniquc facio.*

VENDENDI.

Vendo, Reuendo, Addico, Diſtraho, Diuendo, Venundo, Væneo, Proſto, Aeſtimo, Indico, Inſcribo, Liceor, Licitor, Licere, Loco, Conduco, Emo, Coemo, Redimo, Mercor, Commercor, Conſtat, Valet,

Hæc

Hæc verba hos duntaxat genitiuos exigunt, Tanti, quanti, tantidem, quantiuis, quantilibet, quanticunque, pluris & minoris, si non addãtur substantiua.

Nã cætera pretij vocabula, vel in ablatiuo, vel per aduerbiũ apponũtur: vt,
Minoris reuendes, quàm emeris.
Pluris conducis, quàm emi poterat.
Quanticunque locabis, præstiterat vendidisse.
Hodie boues pluris licebant, q̃ homines.
Miror tantas ædes tã paruo inscriptas.
Paulo, Magno, Nimio, Minimo,
Plurimo, Vili,
Duplo, Dimidio reuendes.
Asse emi.
Tantidem tibi sum traditurus.
Teruncio seu vitiosa nuce non emerim.
Nihilo constat.
Percarè locauit equum.
Cariùs emitur oleum, quàm vinum.

Carißimè constat quod precibus emptũ est.

Gratis locat ædes.

At magno pascit.

Verbis emendi, ac vendendi, aliisque consimili significatu adponuntur hi genitiui, tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quãtiuis, quantilibet, quanticunq;, at ita si substantiua non apponantur: tunc enim ablatiuo commutantur. Quòd si substantiuum certi pretij adsit, pones in ablatiuo: si adiectiuum substãtiuè positum, ablatiui incidit usus: nisi per aduerbia, peius, carius, meliùs, uiliùs, loqui malis.

Minoris reuendes, quàm emeris. Por menos lo daras que te cuesta.

Pluris conducis, quàm emi poterat. El alquiler vale mas, que si fuesse vendido.

Locat domum suam mina. Arrienda su casa por diez ducados. *Nam locare, domini est.* Arrendar. *Cõducere uerò, inquilini.* Alquilar.

Suetonius, Amplißima prædia nummo addixit. Por poco precio. *Addicere certè nummo, est uelut gratis donare: cuius uocis propria significatio est populari lingua* Deliberare.

Tantidem sum tibi traditurus. Por el mismo precio te lo dexare.

Non tamen dicimus, quanti pretij: sed quanto pretio, & maiore pretio, minore pretio.

Horatius, Eritque tuus nummorum millibus octo.

Numa

Nummus, Vn quartillo. *quanti ſeſtertius ualuit.* *Idem, Quanti emptæ? Paruo. Quanti ergo? Octußibus. Octußis ualuit aßibus octo.* Ocho dineros.

Singularis eſt illa formula Plauti in milite, Vitam tuam uitioſa nuce non emã. No dare de tu vida vna nuez podrida.

Aſſe emi. Yo le merque por vn quarto. *Denario.* Veynte ocho marauedis. *tantum ualet drachma.* *Emi obolo.* Cinco marauedis.

Quanti indicas; Quanti inſcribis ſcarũ? Dic quanti taxas? Fere idem ualẽt. A que precio metes la sardina? *Budæus in Comment. Græcæ linguæ*, τιμᾶσθαι, *inquit, uendentis eſt: quod Latine Indicare dicitur: ſicut Liceri, ementis. Liceri*, Mercadear. *Quanti liceris?* Quanto dareys.

Licitatus ſum uectigalia xx. francis. Yo he offrecido al peaje tres mil marauedis.

Hodie boues pluris licebant, quàm homines. Los bueyes eran oy mas eſtimados, que los hõbres. *Licere, paßiuæ affectionis.* Ser apreciado.

Terentius, Inſcripſi ilico ædes mercede. Puſe luego la caſa en venta. *Eſt autem Inſcribere, rem uendem ſcripto proponere.*

Sic dicimus, Paruo Vili: (pro Bono foro, Barbaris relinquentes) Minimo. A gran barato. *Magno conſtat.* Cueſta caro.

Plaut. Nimio emptæ tibi uidentur. Muy caro. *Sic plurimo, duplo.* Al doble. *Dimidio.* la mitad.

Per aduerbia autem ſic loquimur,

Carius emitur oleum, quàm uinum. Mas caro.

Cice-

Cicero pro domo sua, *Emit domum litigatoribus defatigatis, propè dimidio carius, quàm æstimabatur.* Quasi al doble.

Percarè locauit equum. Bien caramente dio su cauallo a alquiler.

Tullianæ puritatis est, Carißimè constat, quod precibus emptum est. Caro se vende lo que por ruegos se merca.

Gratis locat ædes. Gratis. Por nada arrendò su casa. *Pro nihilo, hîc tolerabile non esset. Quintilianus lib. 10. Gratisne ei semper agendum sit, tractari potest. Terent. in Phormione, Et meam ductes gratis.*

APPENDIX.

Quin & quibuslibet verbis pretij nomen aut aduerbium apponitur, ad hanc formam:

Magno pransi sumus, pluris cœnaturi.

Non minoris docet, quàm talento.

Hic magno etiam tacet.

Nimio, Minimo, Paulo viuitur Lõdini.

Carè bibit,

Sed cariùs cacat Bassus,

Nec salutat gratis.

Omne uerborum genus, tametsi natura non significat emptionem, pretij uocabula, neque dißimili forma sibi subijcit.

Lutetiæ dormimus liardo. A Paris pagamos por cama dos marauedis y vn ardite.

Quanti prãsi estis? Quãto pagastes por la comida? *Magno prãsi sumus, pluris cœnaturi.* Mucho hemos pagado del yantar, y mas pagaremos del cenar.

Quanti docetur Bragcraci? Paruo. A buen barato.

Quanti ergo? Sex sestertijs. Por quarenta marauedis.

Plin. Neminẽ minoris docuit talento. A nadie enseño a menos de quiniẽtos ducados. *Tãti enim talentum valuit, quæ maxima pecuniæ summa apud Atticos fuit.* *Idem, Tanti perire potuisti.*

Iuuen. Chrysogonus quãti doceat, vel Pollio quãti?

Magno pleriq; amant, sit illis faustum: nolim ego amare tanti.

Hic magno etiam tacet. Mucho cuesta su callar. *De Demosthene, qui pluris siluit, q̃ alij loquebantur.*

Non minoris teruncio me traiecit. No me passo el rio por menos de vn marauedi.

Nuntius fert literas carolino. Por vn carolin de porte.

Minimo viuitur Lutetiæ. A gran barato viuen en Paris. *Martialis:*

Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro
Basse: bibis vitro. cariùs ergo cacas.

Nunc gratis salutamus. Las reuerencias agora no cuestan nada. *At veteres sportula salutabant.* Los antiguos por dos reales saludauan.

Asse sitis expletur Lutetiæ. Por tres blancas beuen a Paris hasta no mas.

Terentius in Hecyra, Quàm minimo pretio suam voluptatem explent. Non sum ego potitus auro.

ACCVSANDI.

Verba accusandi, damnandi, absoluendi, & consimilia, genitiuum asciscunt, qui crimen significet: vt,

Accersitus est capitis.

Detulit fratrem læsæ maiestatis.

Postulatus est repetundarũ, siue de repetundis. Accusauit malè gestæ rei, malè obitæ legationis.

Egit cum nouerca iniuriarum.

Condemnatus est peculatus.

Reum egit parricidij.

Damnauit incestus.

Hic furti se alligat.

Criminatus est adulterij, cùm plagij teneretur.

Arguit te mendacij.

Reuicit periurij.

Incusat negligentiæ.

Appellatus est veneficij.

Insi-

Insimulas herum auaritiæ.
Sugillas parsimoniæ.
Notas libidinis, seu de libidine.
Infamas inscitiæ.
Traducis luxuriæ.
Suspectũ habes perfidiæ, siue de perfidia.
Taxas ambitionis.
Calumniaris maleficij.
Admonuit me errati.
Commonuit te promissi.

Accersitus est capitis. Fue accusado a pena capital.

Salustius in Iugurtha, Quos pecuniæ captæ arcesse bant. A los quales acusaban de auer tomado el dinero.

Cornelius Tacitus, Maiestatis delatus est. De lesa magestad.

Suetonius in Cæsare, Cæterum Cornelium Dolabellam consularem & triumphalem repetundarum postulabant. De auer detenido el dinero publico.

Accusauit malè gestæ rei. De auer mal gouernado. *Accusauit malè obitæ legationis.*

Egit cum nouerca iniuriarum. Hizo citar su madrastra por de injurias.

Cicero, Egit is, cui manus præcisa est, iniuriarum. Aquel a quiẽ fue cortada la mano, mouio el pleyto en accion de injurias.

Cicero, Sceleris condemnat generum suum. Condeno su yerno dela maldad.

Condemnatus est peculatus. De auer robado las rentas publicas.

Est autē peculatus, pecuniæ publicæ aut principis furtum. Reum egit, qui accusauit: Peregit autē, qui conuicit facinoris: vt,

Reum egit parricidij. Accuso le de parricidio, de auer matado su padre o madre.

Damnauit incestus. Incestus cum sanguine coniunctis, aut cum sanctimonialibus fit.

Terentius in Eunucho, Hic se furti alligat. El mismo se haze culpante del hurto.

Cum plagij teneretur, Quando fue culpado como plagiario: *cuius tenetur, qui liberum emit, aut vendit, aut qui seruos alienos surripit.*

Plau. Mendacij te teneo. Yo te hallo en mentira.

Arguo te mendacij, idem valet.

Arguit te solœcismi. Reprehēde te de incōgruidad. *vnde solœcista, quem non bene congruū dicimus.*

Reuincā te periurij. Io te cōuencire de perjurio.

Incusat negligentiæ. Acusa de negligentia. *Plaut. Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet.* Quiē a otro acusa de deshōrra, acate a si mesmo.

Eiusdem formæ est, Appellatus est veneficij. De hechizeria ponçoña. *Appellare dicimus, In ius vocare.*

Terentianum est in Phormione, Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Si tu acusas mi amo de auaricia, algun mal se te dira.

Nam Insimulare, est crimen ingerere.

Sugillas

Sugillas parsimoniæ. Acusas le de escasseza.

Cicero, Boni ciues nulla ignominia notati. Buenos ciudadanos sin alguna tacha. *Gellius libr. 4. Notabitur (ait) impolitiæ.*

Infamas inscitiæ. Diffamas le de ignorantia.

Traducis luxuriæ. Burlas te de su pompa. *Traducere (scripsit Budæus) est ludibrio habere: lingua vulgi appellat facere chariuarium.* Como vna farça. *Luxuria autem, est immoderatus rerum vsus, sordibus dissimilis, inter quæ media est munditics.*

Suspectum habes perfidiæ, siue de perfidia. Tienes le por desleal. *Cicero Curioni, Quanquã me nomine negligentiæ suspectũ tibi esse doleo. Plin. de viris illustrib. Claudia virgo Vestalis falsò de incestu suspecta.*

Quintilianus lib. 6. In vtroq; parricidij peccas. De ambas partes eres homicida.

Calumniaris maleficij. Falsamente le accusas del maleficio. *Id enim significat Calumniari, falsò scilicet crimina intendere.*

Cicero ad Heren. Iudex absoluit iniuriarum illum. El juez le absoluio de la accusacion de injurias.

Quintilianus libro primo, Grammaticos sui officij commonemus. Auisamos los grammaticos, de hazer su deuer.

Commonefacito illũ promissi. Haze le acordar de su promessa.

Admonuit me errati. Auiso me de mi yerro.

Obuiæ sunt & illæ formulæ. Cicero Offic. 2.

Ne quem vnquã innocentẽ iudicio capitis accersas.

Idem, Accusas inertiam adolescentum.

Idem, Putaui ea de re te esse admonendum.

SINGVLARE EST,

Expostulauit mecum de non missis ad se literis.

Erudita oratio, Expostulauit mecũ de non missis ad se literis. Quexo se a mi por no le auer escrito. *Terentius in Andria, Sed quid agam? adeámne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expostulem?*

APPENDIX.

Si non fuerit proprium criminis nomen, apponitur ablatiuus addita ferè præpositione.

Vtrum ámbitus accusas, an sacrilegij, an vtroq;, siue de vtroq;?

De plurimis simul accusaris.

Cum his verbis, alter, vter, vterq;, ambo, in ablatiuo dúntaxat locum habent.

Vtrum ámbitus accusas, an sacrilegij, an vtroq;, siue de vtroq;? Accusas le de simonia, o de sacrilegio, o de los dos? *Responde, Neutro.* Ni del vno ni del otro. *Altero.* Del vno solamente. N*on autem neutrius, aut alterius, si emendatè loqui velis.*

De plurimis simul accusaris.

Gellius, Quæ Timarchum de pudicitia grauiter insigniterq; accusaret. Cicero ad Atticum, De coronatis cùm sororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsit

ſcripſit ſe coronam habuiſſe honoris Cæſaris cauſa, poſuiſſe luctus gratia.

MISERET, ET CAETERA.

Miſeret, miſereſcit me tui.
Piget te laboris.
Multos vitæ tædet. pesa
Non te pudet vanitatis?
Noſtri noſmet pœnitet.

Hæc quinq; verba genitiuo cum accuſatiuo gaudēt. *Terent. in* Eunu. Miſeret *me tui.* Piedad tengo de ti. Piget *te laboris.* Peſa te de trabajar, Perezoſo eres al trabajo.

Plautus *in* Caſina. *Tædet ſermonis tui: ſcilicet me.* Tus palabras me enojan.

Terentius in Phormione, *Non te pudet vanitatis?* No tiene verguença de coſa tan vana?

Ibidem, N*oſtri noſmet pœnitet.* Eſtamos mal contentos de noſotros miſmos.

Hæc genitiuum habent cum accuſatiuo, niſi dicamus,
Puditum eſt conſilij.
Miſertum eſt virginis.
Pertæſum eſt coniugij.

Præteriti periphraſis ſolum genitiuum ſibi ſubijcit. Virgilius *Aeneidos quarto, Si non pertæſum thalami, tedæq; fuiſſet. Hic traditur frequentior loquēdi vſus.*

Nam Cornelius Nepos, Nusquam inquit, suscepti operis eum pertæsum est. Plautus, Nam nunc cum vidi miserum, & me eius misertum est. Tuue del piedad.

APPENDIX.

Sed impersonalibus loco genitiui potest addi verbum infinitum: vt,

Tædet me vitæ. Tædet me viuere.

Piget militiæ. Piget militare.

Cicero, Pœnitet defendere. Despecho tengo de te defender.

Tædet me viuere. Enojo me de biuir. *Terent. in Phorm. At enim tædet iam audire eadē millies.* Enoja me oyr mil vezes vna misma cosa.

VARIANTIA QVAEDAM.

Hæc variam habēt constructionem:

Misereor tui, vel tibi.

Meminit tui, vel de te: id est, mentionem fecit.

Memini pro recordor, plerunq; accusatiuo iungitur.

Obliuiscor, recordor, reminiscor, recolo tui, vel te.

Venit in mentē eius diei: id est, recordor.

Vel, Venit in mentem ille dies.

Pleræq;

Pleræque dictiones sunt, quæ non respuunt diuersam constructionem: ut

Plautus, Nemini misereri certum est, quia mei miseret nemo. Deliberado tengo no auer piedad de alguno: pues nadie la tiene de mi.

Cicero in Tusculanis, Perge, aude, nate illachryma, patris pestibus miserere.

Quintil. Neq; omnino huius rei meminit poëta ipse. El poëta no hizo mencion alguna desta cosa.

Plaut. in Casina, Mirum ecastor, senecta ætate te officium tuum non meminisse. Marauilla es por cierto, que en tu vejez no te ayas acordado de hazer tu deuer.

Obliuiscor. Oluido me. *Recordor.* Acuerdo me: *Reminiscor,* Reduzgo ala memoria. *Recordor, idē: genitiuum aut accusatiuum asciscunt.*

Terentius, Eius reminiscor. Yo me bueluo a acordar del.

Cicero, Bella à se gesta triumphósque recordētur. Pro Plancio, De illis recordor.

Cicero, Cùm illius diei mihi venit in mentem, Quādo me acuerdo de aquel dia. *Quæ oratio per eclipsim effertur. Subintelligitur enim conditio, qualitas, status.*

Terentius in Phormione, Nam mihi veniebat in mētem eius incommodum. Vbi pleni constructionis sunt numeri.

Potitus est rerum: id est, vicit. Et, Potitus est amica: id est, assecutus est.

Eget tui, vel te.

Indiget auxilij, vel auxilio.

Potiri *cum genitiuo, vincere: cum ablatiuo, assequi sonat.* Cicero *primo epist.* Te *illius regni potiri,* Que tu ganes aquel reyno. *Salust.* Cui *fatum foret, vrbis potiri.* De ganar la ciudad. *Idem,* Potiri *signorum & armorum,* Et *Adherbalis potiri.*

Potiri *rerum, frequentius.*

Potitus *est amica.* Gozado ha de su amiga.

Vetus *est, potiri bonum.* Alcançar bienes. Cicero *Philip.* 13. *Pacémque potiamur.* Ayamos paz.

Inopiæ verbis, & pugnantibus subijcitur vel genitiuus, vel ablatiuus: Indigeo *auxilij, vel auxilio.* Menester tengo de ayuda.

Quintil. *Oratio verò quàm sit vitiosa, si egeat interprete. Idē lib. 2. Hæc secūda egeret artis ad fallēdum.*

SIGNIFICANTIA ALIQVID
fieri in loco.

Omne verbū admittit genitiuū proprij nominis significātis locum in quo fit actio.

Vixit Romæ,

Studuit Oxoniæ. calena

Natus est Londini.

Vixit Romæ. Ha biuido en Roma.

Studuit Lutetiæ, A Paris. *Hæc Lutetia.*

Natus est Londini. A Londres. *Hoc Londinū, oppidum*

pidum in Anglia. Londres.

Franciscus Galliarum rex Papam conuenit Maßiliæ. Hæc Maßilia, Marsella.

Fui Compostellæ. A Santiago. *Hæc Compostella, siue hoc Ianasum.*

Ausonius natus est Burdegalæ. Hæc Burdegala, Bordeus.

Marius Cumbus Lindiæ literariam facit. Hæc Lindia, vrbs in finibus Petragoriorum. Linda.

Huc pertinent illa, Basilea. Cadurcum, Caors. *Nemausus,* Nimes. *Tolosa,* Tolosa. *Angeria,* San Iohan Dangeli. *Louanium,* Louaina. *Gergouia,* Clermons. *Agennum,* Agen. *Nouiodunum,* Noion. *Duracium,* Duras. *Aurelia,* Orleans. *Nam tum hîc, tum alibi probare soleo pueru vocibus non destitui, præcipuè cũ his coniungendis operam det, quod curæ ei nũc est.*

PRO PROPRIIS VSVRPANtur *hæc appellatiua,*

Humi, Domi, Militiæ, Belli.

Iacet humi. estar acostado

Domi bellique simul viximus. Domi meæ, nostræ, tuæ, suæ, vestræ, alienæ. agena

Nec alia admittit adiectiua. nam Domi paternæ non rectè dicitur, sed In domo paterna.

Ruri in datiuo, siue Rure in ablatiuo,

verbis

verbis ijsdem adiungitur.

Ruri educatus est. fue criado

Iacet humi. Acostado esta en tierra. Ex Liuio. 2. belli Punici.

Belli domique simul viximus. En tiẽpo de guerra, y de paz hemos viuido juntos.

Adiectiua sex, his genitiuis subijci solent, Meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, & alienæ. Cice. Malim sine periculo esse domi meæ, quàm cum periculo alienæ.

Et proprijs locorum nominibus. Cicero ad Atticũ: Malo cũ timore domi esse, quàm cũ periculo Athenis tuis. Quod admodũ rarò cõtingit. Hæc igitur locorũ nomina quũ his adiectiuis fulciãtur, aduerbia negabis.

Ruri educatus est. Criança de aldea. Terentius in Phorm. Ruri ferè se continebat. Quasi siẽpre biuia enel campo. Horatius,

Quinque dies sum pollicitus me rure futurum.

In tertia declinatione ablatiuo vtimur: Militauit Carthagine. En Carthago ha sido soldado.

Sic, Medici sunt Agathopoli. hæc Agathopolis, Mõpeller. Et, Auenione sacris initiabimur. En Auiñon tomaremos las ordenes.

EXCEPTIO.

Si tamen fuerint pluralis duntaxat numeri, aut tertiæ declinationis, in ablatiuo ponuntur: ut,

Nupsit Athenis.

Milita-

Militauit Carthagine.

Infreques est his addere præpositione, Cùm essem in Mediolano. quæ semper additur nominibus locorum maioru & appellatiuis.

Cùm essem in Italia.

Cùm agerem in suburbano.

Itidem numeri pluralis nomina, in ablatiuo ponuntur: Nupsit Athenis, Ella se caso en Athenas.

Hæ Athenæ, Athenarum.

Hi Datij, Datiorum, Dax.

Petragorij, Petragoriorum, Perigordin.

Remi, Remorum, Reins.

Ausci, Auscorum, Aux.

Sic Gabij, Gabiorum: Veij, Veiorum: Campi, Camporum: Parisij, Parisiorum, Paris.

Ea & similia ablatiuo dabis cum verbis quietis: ut, Lauaueus docet Petragorijs. Petragorijs datiuus ablatiuúsue est à nominatiuo plurali Petragorij, Petragoriorum.

DATIVVS POST VERBVM.

Quoduis verbum acquisitiuè positu, exigit datiuum: vt,

Non omnibus dormio.

Huic habeo, non tibi.

Mihi

Mihi isthic nec ſeritur, nec metitur.

Mihi peccat, ſi quid peccat.

Omnibus ſapit, ſibi vni non ſapit.

Acquiſitiuè ponitur verbum, quod in datiuum fertur eius perſonæ, in cuius gratiam, commodum, aut contrà, verbi actio eſt. Cicero epiſt. libro 7. Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: ſic ego, Non omnibus mi Galle ſeruio. Yo no hago plazer a cada vno. Nõ *omnibus enim dormire dicitur, qui non omnibus inſeruit, neque per omnia gerit morem.*

Vide Eraſmi Chiliadas.

Huic habeo, non tibi. Tengo yo para el, y no para vos.

Plautinum eſt, Iſthic mihi nec ſeritur, nec metitur. De alli yo no eſpero auer ni blanco ni negro.

His accedit Atticiſmus Terentianus in Adelphis: Mihi peccat, ſi quid peccat. Si en algo falta, a mis coſtas ſera. *Quæ phraſis, affinéſque, è medio ſumuntur, Valla authore lib.* 3. *Vt apud eundem,* Mihi orat. Et, *Mihi faciet.*

Omnibus ſapit, ſibi vni non ſapit. Sabio es al prouecho de otros y no al ſuyo.

Quintil. lib. 2. *Non fabricetur militi gladius.*

ACQVISITIVA.

Præcipuè tamen huius ordinis ſunt quæ commodũ, aut incommodum ſignificant: vt, Do mutuo, ſeu mutuum.

doi prestado

Do commodato, Mutuo.
Fœnero, Largior.
Confero tibi, & Confero in te.
Præstare pro dare, & pro exhibere:
vt, Præstare fidem. Præstare pacta.

Dare mutuo, aut mutuum: Prestar a peso, cuēto, o mesura. *Teren. in Heaut. Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.*

Idē valet Mutuo, mutuas. Mutuor verò deponēs est mutuò accipere. Cicero de Fato, Orator ab Academicis subtilitatē ingenij mutuatur Toma emprestado.

Ad hunc modū dicimus, Fœnero tibi: hoc est, ad vsurā do. Yo te empresto a vsura. *Terēt. in Phorm. Fœneratum isthuc beneficium tibi pulchrè dices.* Te sera tornado al doble. *Fœneratur autē pecuniā ab alio, qui ad vsuram accipit.* Que toma a vsura.

Confero tibi, & in te. Yo te doy a ti. *vt sit significatio donationis. Cicero Offic. 1. Et mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur.* A quien el hombre haze bien.

Plinius in Epist. Et tanquam parens alter, puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummûm.

Præstare, pro eo quod est, alienam culpam in se recipere, vulgò garantire, aut bonum facere, datiuum habet. Cicero Lentulo, Fidémque fratris mei præstarem. Idem ad Vatinium de seruo Dionysio, Si me amas, confice: quācunque fidem dederis, præstabo. Qualquiere cosa fiares o prometieres, yo la pagare.

Eius-

Eiusdem generis sunt, Præstare euentum, Præstare periculum. Tomar a su peligro. *Præstare dictũ, Præstare incommodum, Præstare factum.*

Dono tibi hoc munus, & Dono te hoc munere.

Impertiam tibi fortunas meas, & Impertiam te fortunis meis.

Aspersit tibi labem, & Aspersit te labe.

Instrauit equo penulam, & Instrauit equum penula.

Debet tibi vitam.

Suam eruditionem tibi acceptam fert.

Verbis quatuor, dono, impertio, inspergo, insterno, aliâs datiuus cum accusatiuo, aliâs cum ablatiuo accusatiuus apponitur.

Dono tibi hoc munus, Dono te hoc munere. A ti lo doy, Yo te lo doy. *Tranquillus in Cæsare, Aureis donauit annulis.* Lo hizo cauallero o noble. *Archias donatus est ciuitate.* Ha sido hecho ciudadano. *Aspersit te labe.* Mal hablo de ti. *Cicero in Vatiniũ, Cui tu nullam labeculam aspergis. Quæ formula prouerbialis est per translationem sumpta.*

Instrauit equum penula: &, Instrauit equo penulã, Puso al cauallo la cubierta o manta. *Penulã enim dixerunt veteres quicquid tegeret. Qua etiam vtebatur arcendis pluuijs:* Manto *vocamus. Per abusionem igi-*

igitur penulam, stragulam Babylonicam, qua equis insterni solet, dixit.

Impertiam te fortunis meis: &, Impertiam tibi fortunas meas. Yo te hare participante de mis bienes, dare te vna parte, *quas fortunas dicimus.*

His affinis Hyperbole illa apud Terent. Quid si animã debet? Durũ est illud, Quid si plus debet q̃ põderet?

Formula singularis per metaphoram sumpta, Suam eruditionem tibi acceptam fert. Todo su saber dize ser de vos.

In idem recidit, Referre acceptum.

Cicero, Vitam acceptam refert clemẽtiæ tuæ. Dize que tiene la vida por causa de vuestra clemencia. *Acceptum ferre, propriè,* Tener por recebido.

Satisfacio, soluo, resoluo, rescribo, remunero.

Numero pro soluo.

Remetior, pendo, rependo, refero.

Repono, pro reddo.

Respondeo, pro satisfacio.

Nunquàm tuis meritis est responsurus.

Cicero Lentulo, *Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquàm satisfacio. Satisfacere dicimur, cuius desyderium adimplemus.* Contentar.

Cognata sunt illa, Soluo, Pagar. *Resoluo,* Pagar deuda.

Rescribo, Boluer. *Terentius in Phormione, Mihi argentum iube rursum rescribi.*

Numerare, Pagar contado. *Cicero Offic. 2. Vt cõmodiùs putarent numerari sibi.*

Pẽdo, *pro numero: vt, Vtra pars prior euicerit tres lusus, ei victa pẽdet sextam drachmæ partem. Pendet, id est, soluet.*

Plautus in Persa, Des mihi nummos sexcentos, quos pro capite illius pendam, quos continuò reponam tibi. Los quales te pagare luego.

Respõdeo, pro satisfacio: Nunq̃ tuis meritis est responsurus. (Nunca pagara a tus merecimientos, los plazeres, que tu le has hecho.) *Itẽ dicimus, Respondere àd rogatum,* Responder al proposito. *Non respondere ad nomina.* Caer en contumacia. *Respõdere àd nomina, Comparere, vt nunc loquimur: quæ omnia antiquitatis gratiam habent, vt docet Budæus.*

Commodo, pro prosum: Incommodo, pro noceo.

Non potest mihi nec commodare, nec incommodare.

Opitulor, Prosum, Auxilior, Suppedito pro ministro, Suggero, Succurro, Subuenio, Adminiculor, Patrocinor, Suffragor, Adsum, Faueo.

Auxilij verba datiuo gaudent. Terenti. in Andria, Quem

Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia factura, magis id adeò, mihi vt incommodet, quàm vt obsequatur gnato. El qual yo creo, que con todas sus fuerças trabajara, mas por me dañar, que por complazer a mi hijo.

Non potest mihi cõmodare, nec incommodare. No me puede hazer bien ni mal.

Ab illo non discrepat Opitulor. Dar ayuda.

Auxilior tibi, idem.

Cicero, Si esset ei profuturus. Si le fuesse prouechoso. *Idem Offic. primo, Videndum est igitur, vt ea libertate vtamur, quæ prosit amicis, noceat nemini.* Que aproueche alos amigos sin dañar a nadie.

In id quoq; prodest ornatus. Fabianum. Terẽtius in Heaut. suppeditare sumptibus, dixit: quod oratione nostrate dicitur, Fornire ad expensas. Nam (inquit) si illi pergam suppeditare sumptibus Menedeme, mihi illhæc verè ad rastros res redit.

Eodem spectat illud eiusdẽ in Adelphis, Cur amat? cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris? Porque pagas tu aquello, o forneces a tales despesas?

Adminiculor, dar ayuda. *vt, Cyclicæ disciplinæ sibi inuicem adminiculantur.*

Patrocinatur pauperibus. Mantiene los pobres. *Nam qui in iudicio alterum defendit, patronus dicitur, si orator est.*

Sententiæ tuæ nemo non suffragabitur, No aura persona que no sea de vuestra opinion. *Sumptum ex suffragijs. vide Vallam.*

Cicero in Philip. Omnibus his pugnis Dolabella adfuit.

fuisse hallo. Quintil. Adfuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Hoc est iuuisse, & præsidio fuisse.

Cicero pro Ligario: Cuius (inquit) gloriæ faueo. A su honrra fauorezco.

Ouid. Dij cœptis aspirate meis, Id est, fauete. Dad a mis principios buen sucesso.

Bene volo. Bene cupio.

Medeor tibi, & Medeor tuo dolori.

Medicor te, vel tibi.

Confert tibi, id est, vtile est.

Conducit huic rei, siue Conducit ad hanc rem.

Bene dico tibi, non te. Plautus in Milite, Bene quæso inter vos dicatis, & mihi absenti tamē. Dezir bien de mi en mi ausencia.

Maledico illi, non illum. Plaut. in Amphitr. Meritò maledicas mihi, si non ita id factum est. Cō razon direys mal de mi si no es ansi.

Bene volo tibi, non te. Yo te quiero bien. Terēt. in Eunu. Nec rationē capio, nisi quòd tibi bene ex animo volo. Cicc. ad Octa. Aut si nulla ratione publicis incommodis mederi queat. O si en ninguna manera se puede dar remedio a los daños de la republica.

Terentius in Andria, Cùm ego poßim in hac re medicari mihi? Pues que yo puedo en esta cosa dar te remedio? Virgil. lib. 6. Aeneid. Sed nō Dardaniæ medicari cuspidis ictum Eualuit.

Condu-

Conducent tibi secreta studia. Id est, vtilia erunt. Et Cõducit ad bonas literas. Aprouecha alas buenas letras. Conducit ad parandas opes labor.

Confert tibi, vtilitatis est formula. Es te prouechoso. Fabius, Interim confert admirationi multũ infirmitas. Idem, Scio quæri etiam naturáne plus ad eloquentiam cõferat an doctrina. Cuius verbi diuersus intellectus aliam atq; aliam syntaxim habet. Quintil. lib. 4. Adhuc enim velut studia inter nos conferebamus. Quasi communicabamos y hablauamos de nuestros studios. Est bona locutio, inquit Donatus Verba ad rẽ cõferre, Poner en effecto las palabras. Terent. in Eunu. Verumenim si ad rem verba conferãtur, vapulabit. Cætera, varia lectio docebit.

Consulo tibi, do consilium.
Cõsule rebus tuis: id est prospice.
Consulis me: id est consilium à me petis.
Sibi canit.

Consulo te. Yo te demando consejo. Quintil. Aures consulens meas.

Consulo tibi. Yo te consejo. Yo te doy consejo.

Consule rebus tuis. Prouee a tus cosas.

Cicero de lege Agraria, Atq; hoc carmen tribunus plebis nõ nobis, sed sibi canit. Habla a su prouecho, no al nuestro.



Idem in Bruto, Canere musis, dixit. Conformarse al dicho de los sabios.

Metuo, Timeo, Formido tibi: id est

 sum

sum sollicitus pro te.

Metuo te: id est timeo, ne mihi noceas.

Coniungitur vterq; casus.

Omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.

Terentius in Andria, *Hei mihi, metui à Chryside.* Temia me de Chrysis.

Et metuo te. Yo te temo.

Metuo tibi. Temo que algun mal no te venga. *Plaut. in Amphi. Metuēs pueris. Quintilianus vtrunq; casum verbo addidit lib. 4. Iudex, inquit, religiosus libentißimè patronū audit, quem iustitiæ suæ minimè timet. Ne noceat. scilicet.* El buen juez no teme al aduocado, que empacha su justicia. *Sic, Omnia tibi timeo, quæ solent pusillis accidere.* Yo te temo todas las cosas, que suelē acaecer a los niños. *vel*, Yo temo que seras de poco animo, couarde.

IMPERANDI ET NVNTIANDI.

Ad hæc quæ imperandi & nuntiandi significationem habent.

Iubeo te abire, Iubeo tibi vt abeas.

Impero, Præcipio.

Præeo: vt, Iudicibus præire conatur.

Præscribere leges victis.

Dicta mihi iusiurandum.

Edico

Edico tibi miles, Mando, Committo.
Delegauit mihi ſuam vicem.
Indixit mihi bellum.
Deſigna, Cõſtitue, Præſtitue, Cõdicito.
Præfige mihi diem ac locum.
Tempero tibi, & te: id eſt rego.
Moderatur animo, iræ: & moderatur principem.

Imperandi & nuntiandi verba præter accuſatiuum datiuo perſonæ adhærent.

Iubeo, præcipio, impero, Mando.

Cicero pro Milone, Heſterna etiam concione incitati ſunt, vt vobis voce præirent. A hablar antes que voſotros, *eaq; præfari, quæ ſequi vos oporteret. Quintilianus,* Do*ctores non poſſe ſemper præire legẽtibus.* Guiar los. *Ad quod refertur, Eius verba ſubſequi.* Seguir ſus palabras. *Iudicibus præire conatur.* Enſeñar les como juzgaran.

Cicero de Senectute, A quibus iura ciuibus præſcribebantur. Los quales ponian leyes alos ciudadanos. *Præſcribere enim, Latina lingua ſtatuere, et certo modo antè ordinare ſignificat, authoritatis verbũ.*

Dicta mihi iuſiurandum. Declara me la forma de jurar. *Dictare certè iuſiurandum, eſt illius verba præire, iuraturóque dictare.*

Terẽtius in Eunucho, Miles edico tibi. Yo te auiſo.

Quod est etiam, iubere aliquid.

Idem in Andria, Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Id est (si mihi liberũ est ita loqui) Pono in tuam saluamgardiam.

Cæsar in Nerone, Quare nunquàm posteà publico se illud horæ sine tribunis commisit procul & occultè subsequentibus. Committere se publico. Mostrarse publicamente.

Terent. Huic mandes. A este da el cargo.

Cicero, Post delegatam mihi prouinciam. Despues de me auer dado el cargo. Delegauit mihi suã vicẽ. Ha me hecho su lugar teniente. Delegare aliquem, officio exequendo præficere.

Indicere bellũ, Liuio frequens. Desafiar. Idem libr. 10. ab vrbe cond. His nuntijs Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iussit. Dar vacaciones ala corte.

Varietas, Designare, Constituere, Præstituere. Asignar. Terentius in Phormione,

Certè hercle, si satis cõmemini, tibi quidẽ olim est dies,
Quam ad dares huic, præstituta. El dia fue assignado. Constitue mihi locum. Assigna me el lugar. Constitue mihi diem. Assigna me el dia.

Et, Præfige mihi diem ac locum. Asigna me el dia y el lugar.

Cicero, Nam cùm mihi cõdixisset Crassus, cœnauit apud me. Despues q̃ me vuo combidado a cenar. Condicere cœnam, conuiuatoris est. Indicere autẽ, conuiuæ, & ad cœnam ituri. Hæc locis multis Budæus.

Plinius in epist. Temperare mihi nõ possum. Yo no me

me puedo tener. Virgil. Ille regit dictis animos, & temperat iras. Id est, regit. Apazigua su ira. Idem secundo Aeneidos, temperare à lachrymis, dixit. Guardar se de llorar.

Cicero pro Cælio, Quòd & pudor tuus moderatur orationi meæ. Modera. Et cum accusatiuo Suetonius in August. Nec successum uictoriæ moderatus est. Id est, rexit.

NVNTIANDI.

Dico tibi, scribo tibi, & ad te: Loquor, Recenseo, Narro, Expono, Explano, Explico, Aperio, Indico, Demonstro, Cõmonstro. Refero: id est, narro. Retulit ad Senatum: id est, proposuit in Senatu.

Hæc omnia datiuo gaudent, nuntiandique vim sortiuntur.

Loquor tibi, Yo hablo a ti, & loquor ad te, recipiuntur. Loquor verò te, inauditum. Ad hæc dicimus, Loquor tibi verba, Loquor tecũ, Loquor verbis, Loquor ad te. Plaut. Si falsum ad te loquar.

Et sine casu singulare est pro indicare. Cicero pro Milone, Res ipsa loquitur. Id est, demonstrat.

Cicerō Lentulo, Summam feci cogitationum mearũ omniũ, quã tibi, si potero, breuiter exponã. La qual si yo puedo, te declarare breuemente.

Terẽtius in Phormione, Quẽ amicũ tuum ais fuisse

 istum?

...explana mihi. Demueſtra me, da me aentẽder.

Plautus, Age iam, & hoc ænigma aperi nobis. Declara nos eſta duda. *Eruditi hominis oratio eſt, Aperi caput illi.* Id eſt, *fac illi (ſi ſic loqui licet) reuerẽtiã.*

Indîco hîc tertiæ declinationis eſt, pro Denuntiare, cuius paulo antè meminimus: vt, Indicere ferias populo. Anunciar las fieſtas. *Dolabella curialibus ieiunia indicebat.* Hazia ayunar ſus parrochianos.

Refero tibi. Yo te cuento, yo te recito. *Refero autem ad Senatum, eſt rem in Senatu decernendã propono: quod reportare dicimus.* Et *ad populum refero. pro Murena Cicero.* Item *in Catilinam oratione ſecũda, Reliquis autẽ de rebus conſtituẽdis, maturãdis, agendis, iam ad Senatum referemus, quẽ uocari videtis.*

OBSEQVII ET *repugnantiæ.*

Quæ ad obſequium, ſiue repugnantiam pertinent.

Morigeror, Morem gero,

Obſequor, Obſecundo, Obſeruio.

Seruire tempori.

Inſeruit ſuis commodis.

Subſeruio, Subparaſitor, Ancillor,

Aſſentor,

Adulor, Palpor, Obedio, Milito,

Pareo.

Teren-

Terentius in Adelphis, Si adolescenti esses morigeratus. Si vuiesses obedecido.

Et morem geres animo puellæ. Haras la voluntad dela donzella.

Obsequor, Obsecundo, Complazer a alguno.

Terentius in Andria, Eorum obsequi studijs, aduersus nemini: Acordaua se a todo lo que los otros querian.

Phocylides, Temporibus cautus semper seruire memento. Seruire tempori. Acommodarse al tiempo. *Siquidem, vt Budæo placet in Græcæ linguæ Commẽtarijs, Seruire, addictum esse significat, & necessitate alicuius obseruationis obstringi atque obseruantiæ. Cicero in Oratore, Seruire numeris. Ad Brutũ, Scenæ seruire. Pro Sextio, Seruire dignitati. In epist. Seruire valetudini. Ibidem, Oculis seruire. In Offic. Seruire vtilitati. Pro Cælio, Seruire pietati. Pro Murena, Naturæ seruire & consuetudini. Quæ omnes formulæ sunt translatitiæ.*

Inseruit suis commodis, Procura a hazer su prouecho.

Cicero, Quos suis commodis inseruituros, & quod ipsis expediat facturos arbitramur.

Terentius in Andria, Tu vt subseruias orationi, vtcunque opus sit verbis, vide. Acata bien de satishazer a su dicho.

Plautus in Amphitryone, Accedam, atque hanc appellabo, & subparasitabor patri. Lisonjaer le he.

Cicero in Salustium, Non enim vni priuatim ancillatus sum. Yo no he hecho seruicio a vn solo.

Assen=

Assentor, Adulor, Palpor. Truhanear. *Plautus*, *Hei tu quoque assentaris huic.* Tu lo truhanes. *Terent. cum accusatiuo assentor posuit, Imperaui egomet mihi omnia aßentari.* Loar todo lo que diran. *Iuuenalis, Quē munere palpat.* Plaut. *Obseruatote quàm blādè mulieri palpabitur. Sed frequētior est datiui vsus.*

Pareo. Obedecer. *Cicero Curioni, Nisi meis amantißimis consilijs paruisses.*

Ausculto tibi, id est obedio.

Ausculto te, id est audio.

Audiens dicto.

Obtempero, Cedo, Concedo.

Ausculto tibi. Yo te obedezco. *Terētius in Adelphis, Huic asine auscultes. Idē, Ausculta pauca. Id est audi. Cicero pro Deiotaro, Aut qui dicto audientes in tāta re nō fuissent. Audiēs dicto.* Obediēte al dezir.

At verbo Audio hoc modo vti nolim, sed cum accusatiuo. Terentius in Andria, Audin' tu illum?

Cicero pro Milone, Cederem tempori Iudices. Yo me gouernaria segun el tiempo. *neque tēpori repugnarē. Virg. Cede Deo. Idē Cic. accusatiuū adiūxit, Cedat ius proprium regi.* Quite de su derecho al rey.

Terētius in Phormione, Si argentū acceperit, ducēda est vxor, vt ais. Concedo tibi. Yo te lo confiesso.

CONSENTIO.

Consentio tibi, siue tecum.

Assentio, siue assentior tibi.

Dissen-

Dissentio tibi, siue abs te.

Subscribo tuo iudicio. Suffragor,

Astipulor.

Assensus verba datiuum exigunt. Cicero in Academicis quæst. Mihi neutiquã cor cõsentit. El coraçon no cõsiẽte cõmigo. Cõsentire, Estar dun acuerdo. Consentit sibi, qui sibi constat, suique similis est. Cicero. 1. Officiorum, Hic si sibi ipse consentiat. Vtrunque rectè dicimus, Consentit illi, & Consentit cum illo. Cicero, Senatus mihi assensus est. Et Officiorum primo, Vnum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temerè assentiamur. Assentimur homini, cui credimus: Et, Assentimur rebus quas credimus, vt liquet ex his locis. Datiuo accusatiuus accedit. Cicero de Oratore, Cætera assentior Crasso.

Vtrunque receptũ est, Dissentio tibi, & Dissentio abs te. No me acuerdo a ti, o contigo. Quintilianus: Huic opinioni neque accedo, neque plane dissentio. A esta opinion ni me acuerdo, ni del todo desacuerdo. Idem lib. 3. Quanquam dissentire ab eo non timidè solet.

Subscribo tuo iudicio. Yo soy de tu parecer. Traianus ad Plinium, Tuo tamen desiderio subscripsi. Id est, faui. Petita inde locutio, quòd Subscribere causæ, veteribus dicebatur, quod nunc Adiungere causæ. Hazer se adjuncto al processo. Vide Budæum in posterioribus annotationibus.

Suffragari, auxiliari dicimus, Fauoreçer: sicut refragari, repugnare. Cicero de legibus, Mihi enim videris

fratrem laudando, suffragari tibi. Ayudar a ti mesmo.

Astipulor tibi. Consiento a tu opinion.

Accedo tibi, siue tuæ sententiæ: id est, approbo.

Hoc accessit meis malis, siue ad mea mala: id est, additum est.

Accedit huc, Accedit his, & Accedit ad hæc. Conuenit mihi tecum.

Constat hoc nobis, siue inter nos.

Accedo tibi, siue tuæ sententiæ. Otorgo me contigo. Quintilianus, Nec Celso accedo. Pro addor, vel adiũgor, datiuo vel accusatiuo cum præpositione gaudet: vt, Hoc accessit meis malis, siue ad mea mala. Esto acresceto a mis males. Terentius in Andria, Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam.

Connectendi formulæ sunt: Accedit huc, Accedit his, Accedit ad hæc. Con todo esto, aun mas. Plinius in epist. Accedit huc dignitas hominis.

Conuenit mihi hoc tecum. Id est, sine controuersia est inter nos quod ego dixi. Concertamos nos en esto. Terentius in Adelphis, Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent. Conuenit hoc inter nos. Estamos de vn acuerdo. Plautus in Mostel. Bene igitur ratio accepti & expensi inter nos cõuenit. Entre los dos es la misma cuenta de datas y recetas. Conuenit hoc mihi. hoc est, decens est. Conuiene me.

Constat hoc nobis, siue inter nos. Consta a nos y entre nos conuiene. *Cicero libro primo ad Herennium, Ad hæc, quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus.*

REPVGNANTIAE.

Refragor, Obsto, Obsisto, Obstrepo, Resisto,
Repugno, Reluctor, Reclamo, Officio.
Occurro,
Obuiam eo, Obuiam factus est mihi.
Aduersor.

Est aliud verborũ genus datiuum recipiens. Ea *sunt repugnantiæ verba, quorum hîc supellex ponitur.*

Terentius in Eunucho, Neque *tibi obstat quod quidem facis.* No te empacha lo que tu hazes.

Cicero ad Lentulum, *Cui quia obsisti non poterat,* Bibulo *assensum est.* Porque no se le podia resistir.

Obstrepit nobis. Con estruendo nos cõtradize. *Nam obstrepere dicitur, qui dictis alterius strepitu aduersatur. Paßiua voce Cicero vsus est pro* Marcello, *Sed tamen eiusmodi res nescio quomodo etiam dum audiuntur, dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono. Id est, obturbari.*

Cicero, Cùm resistere eius improbitati non possem. Resistir. *Nam vulgò vim suam habet.*

Repugno. Contradezir. *Quintil. lib. 1. Vt cùm historiæ cuidam, tanquam vanæ repugnaret.*

Idem,

...rem, Diu sum equidem reluctatus. Luengo tiẽpo he resistido.

Isti sententiæ nemo non reclamabit. Todo el mundo sera contra esta opinion. Reclamat aduersarius. Cicero Lentulo, Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.

Officere alicui. Empecerle. Cicero. 3. Offic. Quorum altitudo officeret auspicijs.

Persius: Venienti occurrite morbo. Resistid. Aliquando obuius fio significat. Cicero pro Cluẽtio, Sed ego occurram expectationi vestræ.

Obuiam eo illi. Yo le voy al delante. Obuiam factus est mihi. Ha me encontrado enel camino. Repugnantiæ est illa Salustij formula, Præterea modestissimè parendo, & sæpe obuiam cũdo periculis, in tantam claritudinem breui peruenerat. En se offreciendo muchas vezes alos peligros.

Dißideo tibi, siue tecum.

Contendo tibi, siue tecum.

Hoc abs te contẽdo. i. vehementer peto.

Certat illi, siue cum illo.

Noli pugnare duobus, Græcè magis q̃ Latinè dixit Catullus. pro, cũ duobus.

Cicero in Lælio, Cùm is tribunus plebis capitali odio à Q. Põpeio dißideret. Como tuuiesse riña mortal con Pompeyo.

Datiuum habet apud Horatium:

Sci-

Scire volo, quantum simplex hilarisq; nepoti
Dißidet.

Variat verbi Contendo Syntaxis, & significatio. Cũ datiuo, aut ablatiuo affixa Cũ Præpositione, certare significat: vt, Contendo tibi, siue tecum. Contiendo contigo. *Virgilius,*

-Quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello? Gerrear. *Si verò ei ablatiuus apponitur, A vel Abs præpositione præfixa, petere significat. Cicero Curioni, Verecundius abs te, si qua magna res mihi petenda esset, contenderem.* Yo demandaria.

Virgil. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Idem, Tu dic mecũ quo pignore certes? Que quieres tu apostar conmigo? *Certat illi, siue cum illo.* Porfia le, porfia con el.

Cicero secundo Offic. Licet ei dicere, honestatẽ aliquando cum vtilitate pugnare. Ibidem, Si id quod speciem habet honesti, pugnaret cum eo quod vtile videretur. Fuesse differente, repugnasse. *Catullus, Noli pugnare duobus: Græca imitatione dixit. vt Virgilius, Tacito pugnabis amori, pro cum amore. Sic enim Græci. Aristophanes.* Ἐγὼ περί ταύτης οὐ μάχομαί σοι. *Ad verbum, Ego de hac non pugno tibi.*

RELATIVA.

Verba quæ relationem, & respectum habent ad aliquid.

Quæ huic est coniunx, tibi nurus est.

Platoni corpus est vox: id est, iuxta Platonis sententiam.

Aristoteli spongiæ sentiunt.

Verba, quorum significatio ad vocis alterius sensum refertur, datiuum asciscunt. Terentius *in* Hecyra, *At, ita me dij ament, haud tibi hoc concedo: etsi illi pater es.* Nam *patris appellatio, filij sensum requirit.*

Quæ huic est coniunx, tibi nurus est. Su muger es tu nuera.

Huc pertinent citandi formulæ: Platoni corpus est vox. A Platon la voz es cuerpo.

Vide Gellium libro quinto.

Ciceroni sola virtus, bonum est. A la opinion de Ciceron.

Aristoteli spongiæ sentiunt. Plinius de spongijs piscibus loquens libro nono, capitulo 45. Intellectum inesse his apparet: quia vbi auulsorem sensere, contractæ, multò difficiliùs abstrahuntur.

RELATIVA PER *compositionem.*

Huiusmodi fermè sunt composita cũ his præpositionibus, præ, ad, con, sub, ante, post, ob, in, & inter.

PRÆ.

Ego meis præluxi maioribus.

Præ-

Præpollet omnibus.

Prænitet, præminet, præstat omnibus siue omnes.

Præcellit omnibus, vel omnes.

Præbibit mihi.

Præripuit illi.

Præeo, pro vinco: Præcedo, Præcurro, Præuerto, Præuenio, accusatiuum exigunt.

Cicero in Sallust. *Ego meis maioribus virtute mea præluxi: vt si priùs noti non fuerint, à me initium accipiant memoriæ suæ.* Yo soy en nobleza el primero de mi linaje, y el mas virtuoso de todos mis antepassados.

Præpollet omnibus. Sobrepuja a todos. *Plin. libr. primo, Ardeam Rutuli habebāt, gens, vt in hac regione atque in hac ætate, diuitijs præpollens.* Rico sobre todos los otros.

Prænitet omnibus. Mas hermoso que todos.

Præminet. Muestra se mas alto que los otros.

Præstat omnibus, siue omnes. Vale mas q̄ todos.

Præcellit. Es mas excelente.

Quæ loco datiui accusatiuū non repudiant. Terēt. Homini homo quid præstat? De quāto vale vn hombre mas q̄ otro. *Quintil. libr. 1. Præstat ingenio alius alium, concedo.* El vno es mas ingenioso que otro.

Præbibo tibi. Yo beuo a ti. *vt, Præbibo tibi hunc dimidiatum cyathum.*

Præripere, Tomar el primero y delante los otros. *Cicero pro Roscio Amerino, Ne istius quidẽ laudis ita sum cupidus, vt alijs eam præreptam velim.*

Boetius, Præire cæteros honore cupis. Tu desseas ser mas honrrado que los otros.

Cæsar, Heluetij reliquos Gallos virtute præcedunt. Son mas esforçados. *Et datiuo iungitur. Plautus in Asinaria, Vestræ fortunæ meis præcedunt.*

Me multis stadijs præcurrebat. Muy mas adelãte. *Plinius in epist. Scio quæ tibi causa fuerit impedimento, quo minus præcurrere aduentum meum posses.* Me saliesses a recebir.

Cum datiuo legitur. Cicero in Catil. Mihi studio pene præcurritis.

Plautus in Amphytrione, Clàm illud redeundũ est mihi, ne me vxorem præuertisse dicant præ republica. Que ellos me digan que yo aya amado mi muger mas que la cosa publica.

Præuenire, Venir delante. *Quæ verba paulò venustiùs per translationem efferuntur.* Hazer algo antes que otro.

A D.

Admolitus est illi manum.

Accubuit, Assedit mibi.

Aduolutus est genubus.

Admoueo. allegar

Arrisit

Arrisit matri.
Appreßit pectori codicem.
Adegit gladium pectori.
Affigo.
Adhæreo. Adhærescit. Adlubescit.
Adiacet Ægypto. ezca
Affulsit mihi spes.
Acclamabant dicenti. a [illegible]

Item illa datiuus sequitur.

Admolitus est illi manum. Hecho le la mano. *Plautus in Asinaria, Vbi sacro manus sis admolitus.*

Accumbo tibi. Asiento me acerca de vos. *Plautus in Sticho, Vtrum tibi accumbo?*

Cicero, *Huic aßident, pro hoc laborant.*

Plinius in epistolis, Quis ex istis, qui tota vita literis aßident? Que no hazen que estudiar.

Aduolui genubus. Echar se a sus pies. *Budæus pro supplicem esse dixit in Græcæ linguæ Commentarijs.*

Plautus in Epid. *Aduolutusq́; pedibus meis tãquam tuus hæsit.*

Nondum admoui cyathum labijs. Aun no ha tocado la taça a mis beços. *Vergil. Necdum illis labra admoui. De poculis loquens.*

Admouere, Poner cerca. *Amouere*, Quitar.

Arrisit matri. Se sonrrio a su madre.
Terentius, -Clemens, placidus,
Nulli lædere os, arridere omnibus.

Appreßit pectori codicem. Apreto el libro a su pecho.

Adegit gladium pectori. Puso le el cuchillo por el pecho. *Virgil. -Sed viribus ensis adactus Transadigit costas. Plin. Adigere sacramento, dixit*. Forçar le a juramento. *Terentius in Adelphis, Pro Iupiter, tu homo adiges me ad insaniã*. Tu me haras venir loco.

Plautus in Sticho, Adhæsit mihi ad infimum ventrẽ fames. La hambre me cierra todo el vientre. *Obuia sunt & illa: Adhæsit muro, & in muro, & ad murum*. Ayũto se al muro, o contra el muro. *Huic significatione non dißimile illud Ciceronis pro P. Sestio, Ad columnam adhærescere. Idem de Oratore, Et ad genus id, quod quisq; vestrûm in dicendo probaret, adhærescerent*. Se allegassen. *Plinius lib. 24. cap. 19. Philanthropon, herbam Græci appellãt hirsutam, quoniã vestibus adhærescat*.

Plautus, Iam mihi adlubescit. Agora me plaze.

Adiacet Aegypto. Esta cerca de Egypto. *Columella, An putem fortunatius à catenato repulsum ianitore sæpe nocte sera foribus ingratis adiacere?* El can dado a la puerta.

Affulsit mihi spes. Ha se me offrecido alguna esperança. *Spemq; recepi. Ornatus gratia sumpta translatio. Vide Erasmi Chiliadas*.

Acclamabant dicẽti, Cum acclamatione laudabant. Dezian bien del.

CON.

Conuixit nobis.

Com=

Commigrauit huic viciniæ.
Commori tibi cupio, siue tecum.
Colludo tibi, vel tecum.

Conuixit nobis. Viuio con nosotros. *Plautus ablatiuum tribuit cum præpositione. Is in* Amphit. *Vt hodie tecum conuiueret?*

Terẽtius in Andria, *Intereà mulier quædam abhinc triennium ex* Andro *commigrauit huic viciniæ.* Vino a esta vezindad.

Commori tibi cupio, siue tecum. Desseo morir juntamente contigo.

Colludo tibi, siue tecum. Yo me juego contigo. *Horatius in arte poëtica, Colludere paribus, dixit.* Iugar con sus yguales.

SVB.

Subiacent fortunæ.
Succedo, Subijcio, Subest, Subit,
Subolet patri.

Datiuo & illa iunguntur.

Subiacet fortunæ. Sometido a la fortuna. *Plinius* Epistolarum *libr.* 5. *Quinetiam Apennino saluberrimo montium subiacent.* Estan debaxo.

Cicero in Pisonem, Cùm tu non solùm quòd tibi succederetur, sed etiam quòd Sabino non succederetur, penè exanguis ac mortuus concidisti. Que a ti se daua successor, y al otro no. *Virgilius quarto Aeneid.* *Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?* Es

entrado en nuestras tierras?

Plinius: Cùm totam villam oculis subijcere conamur. Declarar a ojo. *Virgilius,*

-& ramea costis

Subijciunt fragmenta. Ponen debaxo.

Plinius: Suberant tecto abiegnæ trabes. Estauan debaxo.

Subire, Subir al entendimiẽto. *aliâs datiuo, aliâs accusatiuo subijci gaudet. Curtius,* Cogitationi nostræ nunquàm subijt. *Idem,* Serò pœnitentia subijt regem.

Et infinitiuo. Plinius, Subit antiquitatem mirari.

Subit tectis, siue tecta: pro eo quod est, Ingreditur, paßim occurrit.

Terentius in Phormione, Nũquid patri subolet? Mi padre sospecha de nada? *Subolet, dixit suspectum esse, metaphora prouerbiali.*

ANTE.

Antestat, Antepono, Antefero te omnibus: Antecedit, Anteuertit, Antecellit omnibus vel omnes.

Anteeo te, non tibi.

Præterea in datiuum ferũtur hæc. Gellius, Qui & viribus & magnitudine, & adolescentia, simulq; virtute cæteris antestabat, Era el mas excelente.

Cicero, Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis. Que preferays la amicicia a todas cosas.

Idẽ, Qui me antetuleritis nobilitati. Que me preciastes mas que a vn noble.

Ante-

Antecedere, Ir delante. *Terentius in Phorm*[...] *ne ea præterit?* D. *Non: verùm ei hæc antecessit.*

Cum accusatiuo. Cicero, Biduo me Antonius ant[...]*cessit itinere.*

Idem, Celeriter antecellere omnibus ingenijs contigit. Idem, Qui eloquentia cæteris antecellis. Que eres mas eloquẽte que los otros. *Antecellere omnibus, vel omnes.* Sobrepujar a todos.

Cicero in Lælio, Atque idipsum, cùm tecum agere conarer, Fannius anteuertit. Auanço se a dezir lo que yo cuydaua. *Inelegantium est sermo, Abstulit de ore. Teren. Miror vbi huic anteuerterim* Marauillo me en que lugar le passe delante.

Terentius, O Phædria, incredibile est quãto herum anteeo sapientia. Que soy muy mas sabio que mi amo. *Cui verbo author datiuum apponi negat. Tamen Gellius libro 2. Quanto, inquit, Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. Et Plautus, Virtus omnibus rebus anteit profectò.* La virtud va delante de todas cosas.

pospono POST.

Posthabeo, Postpono famam pecuniæ.

Posthabeo, Postpono famam pecuniæ. Menos me curo de la honra, que del dinero.

yami OB.

Obgannit nobis, Occinit, Obturbat.

Oppono, Obijcio, Oppedo, Obmurmuro.

Terentius à bruto animali translatione sumpta, ob-

[...]ire dixit, odiosé loqui: In Phormione, Habet hæc ei quod dum viuat, vsque ad aurē obganniat, Le rompe las orejas de gritos y debates.

Obgannit nobis. El nos rompe las orejas.

Occinere, Cantar en contrario.

Obturbare. Terentius in Andria: Itáne verò obturbat? Que lo pone todo en rebuelta?

Quintil. lib. 10. Nā Ciceronē cuique eorū fortiter opposuerim. Contra poner. Terētius in Phormione: Ager oppositus est pignori ob decē minas. El campo es empeñado por cient ducados.

Plautus in Epidico, Neque ille haud obijciet mihi, pedibus esse prouocatum. No me hara pelo de reproche. Frequentius verbum, pro Poner delante. Plaut. in Curcul. Cui homini dij sunt propitij, lucrum ei profectò obijciunt.

Horatius in Sermonibus, Vin' tu curtis Iudæis oppedere? Prouerbialiter, reclamare, & contemnere.

IN.

Indormis saxis. yi ab-yf

Inuigilas chartis,

Immoraris, Immóreris.

Insudas studijs. *Insides saxo.*

Illudo tibi. te *Insulto.*

Cicero in Philip: An faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem? Que te enduermes en cosa de tanta importancia?

Inuigilas chartis. Velas sobre los libros.

In eadem

In eadem re dixit Horatius in epistolis, *Immoritur studijs, & amore senescit habendi.* Se mata de trabajo, y enuejesce de auaricia.

Plinius in Epist. *Per hoc enim assequebamur: primum vt honestis cogitationibus immoraremur.* Que nos detuuiessemos en cosas honestas.

Quintil. lib. 2. *Ne terrenis immorer.* Affin que yo no me detenga mucho en cosas de poco.
Insudas studijs. Estudias mucho.

Virgilius, Floribus insident varijs. Se asientan. *Insides saxis*, Sobre peñas estas puesto. *Cui verbo accusatiuus interim datur.*

Virgilius, Certántque illudere capto. Se burlar. *Datiuus. Additur Accusatiuus autem in illo Terentij in Andria: Dũ studeo obsequi tibi, penè illusi vitã filiæ.* Por hazer te plazer, he quasi diffamado mi hija.

Suetonius in Cæsare, Ex eo insultaturum omnium capitibus. Sallustius, Multos à pueritia bonos insultauerat. Insultare, Saltar para mal hazer. *Cuius, vt vides, varia syntaxis.* estrivas

Inniteris arundini.

Nitor quoque simplex: Nititur suis viribus. Imminet capiti.

Impendet omnibus periculum.

Incessit mihi cupiditas.

Inniteris arũdini. Sostribas te, sostienes te sobre vna caña. *Cic. pro Cluẽ. Hoc igitur iudiciũ reprehẽdas tu, cuius accusatio rebus iudicatis inniti videtur.*

Nitor

Nitor quoque simplex datiuo iungitur. Quintilia. lib. 12. Quem iuuenem, tenerisq; adhuc viribus nitentem, in forum deducemus. Et *ablatiuo. Cice. Offic. 1. Quorum consilio atq; authoritate nitatur. Idem pro Cluentio, Altera pars mihi niti, & magnopere confidere videbatur, inuidia iam inueterata iudicij Iuniani.* Poner alli su esperança. *Atque hic fiduciam causæ collocare, vt vult Budæus in Commẽtarijs Græcæ linguæ. Huic verbo Fabius accusatiuum cum præpositione Ad dedit. Is lib. 1. Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur, quàm qui præsumpta desperatione circa ima substiterint.* Que se esforçaran de subir alo mas alto. *vt Cicero, Niti ad gloriam & immortalitatem, in Catone maiore dixit. Ibidem sine casu, Quantum quisque potest, nitatur.* Que se esfuerçe.

Imminet capiti periculũ. El peligro es muy eminente. *Et, Imminet in caput. Cicero Phili. septima, Qui in Gallia delectus habent? qui in nostras fortunas imminent?*

Cicero de Senectute, Mortem igitur impendentem omnibus hominibus timens, quis poßit animo consistere? La muerte esta presta a venir sobre todos.

Accusatiuum habet apud Terentium in Phormio. Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala. Tantos males te sobreuienen.

Inceßit mihi cupiditas. La codicia me ha venido. *Valerius Max. Nec mihi cuncta complectendi cupido inceßit. Accusatiuus hic est tolerabilis. Terentius in And. Noua nũc relligio te isthæc inceßit, cedo? Inceßit me ille.* Aquel me busca por me dañar.

Ineſt illi, vel in illo.
Incidit mihi lis cum nebulone.
Intermiſcet vera falſis.
Interſerit, Interijcit.
Interfuit conuiuio.
Interuenit colloquio.

Cicero in Lælio, Ineſt in amore fructus. Algun fruto ay en el amor. *Quintilianus, Sed naturis ipſis ars inerit.*

Incidit mihi lis cũ nebulone. Ha me acaecido vna querella con vn vellaco. *Terentius in And. Quî iſthæc tibi incidit ſuſpicio?* De dõde te ha venido eſta ſoſpecha? *Hoc & accuſatiuo cum In iungitur. Cicero de Amicitia, In eum ſermonem eum incidere.* Hablando caya en tal materia. *Ibidem, Si in honoris contentionem incidiſſent.* Si vinieran en controuerſia de la honrra.

Intermiſcet vera falſis. Mentiendo dize alguna verdad. *Interſerit, Intermiſcet.* Mezcla.

Interſerit, idem. Plinius in epiſt. Prædia agris meis vicina, atque etiam interſerta, venalia ſunt.

Liuius libro primo, Aliasq; interiectas collibus valles. Pueſtas en medio.

Cicero ad Brutum, Qui noſtro ſermoni interfuit. Ponitur cum ablatiuo & In. Idem ad Plancum, Siquid erit, in quo intereſſe neceſſe ſit, nunquam deero, Donde ſera neceſſario de hallar ſe. *Interfuit conuiuio.*

Halloſe

Hallose al combite.

Quintilianus lib. 9. Græci Parenthesim vocant, dũ continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit. *Interuenit colloquio.* Sobreuino a las palab[ras].

CONTINGENTIAE.

Contingit mihi, Accidit, Euenit, Vsu venit, Obtigit, Ceßit, Succeßit, Obuenit Vertit, Cecidit.

Cognatæ significationis sunt hæc, quibus apponitur datiuus. Terentius in Heaut. *Isthuc tibi ex sententia obtigisse lætor.* Gozo me que te aya venido como desseauas.

Idem in Hecyra, Quæ nec opinanti accidunt. Que vienen sin pensar.

In Phormione, Mihi vsu venit, hoc scio. A acciome. Quintilianus libro 2. *Sunt qui labori isti successerunt.* Que han despues tomado el cargo. Teren. in Adelph. *Quæ res tibi vertat malè.* Mal prouecho te haga. *Bene vertat, Malè vertat formulæ sunt optantis, vel imprecãtis: vt, Res bene, vel malè eueniat.*

CONFIDENDI.

Fido, Confido, Fidẽ habeo, Fidem facio, Fidẽ do, Polliceor, Spondeo, Nubo.

Confidendi verba à posteriori datiuum habẽt, quorum hîc sylua ponitur.

Cicero de Amicitia, *Ego verò non grauarer si mihi ipse confiderẽ.* Si yo cõfiasse de lo poder hazer. Terẽtius in Eunucho, *Miseram me, forsitã hic mihi*

paruã habeat fidẽ. Por vẽtura no me dara credito.

Facere fidem. Hazer creer. *Cicero in Pisonem, Non facies fidem scilicet cùm hæc disputabis.* Yo no te creere. *Idem in Catilinã, I. Fidem faceret oratio mea.* Mi palabra hara fe, sera creyda.

Fidem dare, Prometer la fe. *Terentius in Hecyra, Si mihi fidem das te tacituram.* Si tu me prometes la fe de te callar.

Plaut. in Aulul. Pollicitus sum illi mercedem. Yo le he prometido salario, o soldado.

Idem in Trinummo, Sponden' ergo tuam gnatam vxorem mihi? Me prometes tu hija por muger?

Terentius in Andria, Aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Que mi hija se casaua con tu hijo. *Et cum ablatiuo intercedẽte Cũ ponitur. Plautus in Asin. Dum quidem cum illo nupta eris.*

Item hæc,

Liquet, Vacat, Placet, Displicet, Dolet, Licet, Succenseo, Indignor, Minor.

Adhæc sequentia cum datiuo reperies.

Liquet, Cosa clara es. *Terentius in Eunucho.*

Illum liquet mihi deierare his mensibus,
Sex vel septem prorsum non vidisse proximis,
Nisi nunc cùm minimè vellem.

Quintil. Cui esse diserto uacat, Que tiene cuydado de se hazer eloquente. *Et pro otiosum esse. Ouidius, Non uacat exiguis rebus adesse Ioui.*

Et pro

Et pro operam dare. *Plinius in epist. Aut etiam corpori vaco.*

Pro vacuũ esse, cum ablatiuo. Cicero Curioni, Præsertim cùm in quo accusabar, culpa vacarem. Careciesse de culpa. *Et, Vacare à bellis, idem dixit.*

Placet mihi. Plaze me.

Displicet tibi, Desagrada te.

Terentius in Phormione:

Vin' primũ hodie facere quòd ego gaudeam Nausistrata, Et quo tuo viro oculi doleant? Que tu marido sera enojado de lo ver.

Cicero primo Tuscul. Licuit enim otioso esse Themistocli. Fue le permitido.

Terentius in Heaut. *Nihil succenseo, nec tibi, nec huic*. Yo no me enojo ni contra ti ni contra el.

Indignor eodem intellectu effertur.

Cicero in Tuscu. Cui cũ Lysimachus rex crucem minitaretur. Idem pro Milone, Quorũ vtrique mortem est minitatus. Ha los menazado de muerte.

DATIVI ADVERBIALES.

APPENDIX.

Adduntur & hi datiui aduerbiales:

Tempori surgendum.

Vesperi venit.

Luci occîdit hominem.

Datiui tres: Tempori, En tiempo oportuno: *Vesperi*, A la tarde: *Luci*, De dia: *pro aduerbijs temporis ponuntur.*

Plaut.

Plaut. Sed si venturus tempori. Terent. in H[illegible]
Nunquàm tam manè egredior, neq; tam vesperi domum reuertor, quin te in fundo conspicer Fodere.

Vesperi venit. Vino quasi a la noche.

Cicero in Phil. Quis enim audeat luci, & in militari via? Luci occîdit hominem. Mato le de dia.

Verbis aliquoties datiuus festiuitatis, id est, iucunditatis gratia, adiungitur. Suo sibi hunc iugulo gladio.

Demea Terẽtianus, Suo, inquit, sibi hunc iugulo gladio. Yo le mate con su espada. *Sumpta metaphora ab ijs, qui in pugna suis ipsorum telis confodiuntur. Vbi datiuus Sibi nulla necessitate, sed tantùm iucunditatis gratia adiungitur.*

Est, pro habeo.

Est tibi mater. Non est tibi quod agas. Et, Intercedit mihi cũ illo familiaritas.

Est, habendi significatione vtimur cum datiuo. Terentius in Adelp. Natura tu illi pater es, consilijs ego.

Est tibi mater. Tienes vna madre.

Non est tibi quod agas: pro eo quod est, Non habes quod agas. No tienes que hazer.

Intercedit mihi cum illo familiaritas. Tenemos juntamente familiaridad. *Eodem modo dicimus, Intercedit mihi tecum amicitia. Intercedit tibi cum illo affinitas. Intercessit verò Tribunus.* El se oppuso. *Valla libro tertio.*

NONNVNQVAM

geminos habet datiuos.

Non sit tibi curæ.

Interim verbo Est, datiuus vnus & alter accedit.

Non *sit tibi curæ*. No tengas cuydado..

Virgil.Phœbo mea carmina curæ. Subaudi, sunt.

Terentius, Sunt hæ tibi nuptiæ cordi? Agradan te estas bodas?

Cice.pro Cluentio, *Quæ res nemini vnquam fraudi fuit*. La qual cosa nunca fue dañosa a persona.

Item hæc:

An id sibi studio habet?

Hoc tu tibi laudi ducis.

Speras tibi laudi fore, quod mihi vitio vertis?

Dedit mihi vestẽ pignori, dono, mutuo.

Dedit mihi pecuniam fœnori.

Terentius *in Adelphis,*

Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat Fore, si perdiderit gnatum? Tiene alli su passatiẽpo?

Cic.2.Offic.*Habere enim quæstui rempub.non modò turpe est, sed sceleratũ etiam et nefariũ*. Gouernar la republica a su prouecho, *dixit: quemadmodum dicimus, habere risui, habere ludibrio, habere curæ, habere prædæ. Quod tamẽ nõ itidẽ liceat in cæteris omnibus.*

Teren.

Teren.in Adelp.Tu nũc id tibi laudi ducis, quod fe-cisti inopia. Tu piẽsas ser te honrra. *Adhunc modum dicimus* Ducere *vitio.* Tener le por mal hecho.

Ducere *damno.* Estimar le por dañoso.

Ducere *probro.* Tener le por deshonrra.

Ducere *honori.* Pensar que sea honrra.

Speras tibi laudi fore, quod mihi vitio vertis? Esperas q̃ sera a ti honrra, lo q̃ a mi reputas ser vicio?

Plautus in Epidico, Quis erit, vitio qui id non vertat tibi? Que no te vitupere?

Dicitur & in crimen vertere, vel in vitium. Liuius, Romanos mihi obijcis, & ea, quæ gloriæ esse debent, in crimen vertis.

Do, *geminos datiuos habet. Plaut. in Mostel. Quadraginta etiam dedit hucusque pignori.* Dio en prenda. *Terentius in Eunucho, Hanc tibi dono do:* Yo te hago vn presente. *Plautus in Curcul. Sub veteribus ibi sunt qui dant, quiq; accipiunt fœnori.* Dan, y toman a vsura. *Terentius in Andria, Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduortite.* Que tienen por vicio. *Cicero in Bruto, Quinetiam memini, cùm in accusatione sua Q. Gallo crimini dedisset. Dare crimini,* Vituperar.

ACCVSATIVVS *post Verbum.*

Verba transitiua cuiuscunq; generis, exigunt accusatiuum, significantem id quod patitur: vt,

Saluta patrem. Numeras arenam.
Bibis vinum. Loqueris mendacium.
Osculatur vxorem.
Tædet, Piget, Pudet, Pœnitet, Miseret me tui.
Decet te. Non decet senem.
Dedecet virginem impudentia.
Antiqui dicebant & Decet tibi.

Transitiua verba appellat, quorum significatio in aliud ceu patiens transfunditur.

Saluta patrem, Saluda tu padre.

Numeras arenam. Trabajas en vano.

Quæ oratio parœmiam redolet.

Loqueris mendacium. Tu dizes mentira. *Plautus in Amphit. Hæc quidem deliramenta loquitur.* Habla desuarios. *Idẽ, Quæso loquere tuum mihi nomẽ.* Que mandays dezir me vuestro nombre.

Idem in Mostel. Quid tute tecum loquere? Que hablas con ti mesmo? *Cicero de Amicitia, Nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur.* *Obseruet puer hoc verbum in casus varios ferri.*

Osculatur vxorem. Besa su muger.

Decet te. Cumple te. *Plautus in Mostel. Contempla, amabo, mea scapha, satin' hæc me vestis deceat.* Si este vestido me conuiene. *Nõ decet senem.* No conuiene a vn viejo.

Dedecet virginem impudentia. Cosa fea es a vna don-

donzella, ser desuergonçada. *Ouidius sexto Metam.*
Admouiq; preces, quarum me dedecet vsus.

A vetustate est repertum, Decet tibi, *cum datiuo.*
Terentius in Adelph. Imo *hercle ita nobis decet.*

DVO ACCVSATIVI.

Sunt quæ geminum admittunt accusatiuum,
Docuit me literas.
Docebo te istos mores.
Poposcit me mutuum.
Rogat, Orat, Flagitat, Exorat te veniam, Postulo, Flagito,
Peto abs te hanc rem, frequẽtiùs, quàm te, sine præpositione.

Est aliud verborum genus cum duobus accusatiuis, quæ natura sua significant doctrinam precesve.

Docuit me literas. Enseñó me las letras. Cicero *in epist.* Sitij *causam te docui.*

Dedocebo *te istos mores.* Hare te oluidar estas costumbres. *Nam pugnantibus verbis eadem est constructio.*

Quintil. lib. 2. Equidem *prius, ac difficilius onus dedocendi, quàm docendi.*

Terentius, Primùm *hoc te oro.*

Poposcit *me mutuum.* Demando me lo prestado. *Cicero in Verrem,* Et *parentes pretium pro sepul-*

tura liberûm poſceret.

Plautus in Bacch. Hanc veniam illis te exorem ſine. Que yo alcanço de ti ſu perdon.

Exoraui præceptorem ludēdi veniam. Alcançado he del maeſtro licencia para jugar.

Virgil.2.Aeneid.Pacem te poſcimus omnes.Paz te demandamos todos.

Peto magis amat accuſatiuum cum ablatiuo, præpoſitione affixa. Cicero de Senectute, Ab eis cenſeo petatis, qui iſta profitentur. Que lo demandeys a aquellos, que ſon del arte.

Exuo, Induo, Veſtio, Calceo, Cingo, poſteriorem, hoc eſt, accuſatiuum rei, ſæpius mutant in ablatiuum.

Exuit ſe chlamydem, ſiue chlamyde.

Accinxit ſe gladio.

Induendi verba, ſiue his contraria, accuſatiuum cum ablatiuo admittunt, rarius accuſatiuos duos.

Exuit ſe chlamydē, ſiue chlamyde. Deſpojo ſe del manto. Chlamys, veſtimentum non diſsimile ei, cui intexti liliorum flores, quodq; induti reges Gallorū depingi ſolent. author Lazarus Bayfius. Budæus credit eſſe, quam cottam armorum vocamus.

Induo, Veſtio, Veſtir. Cicero act.7.in Verrem, Ipſe ſeſe induit priore actione.

Calceo Calçar. Plin.lib.7. Nos quoq; vidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtētationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurniſq; quingentorum

torum pondo calceatum, per scenam ingredi.

Gellius, Scuto pedestri, & gladio Hispanico cinctus. Ceñido.

Accinxit se gladio. Tomo el espada a la cintura.

Tacitus in vndecimo, Feruntq́; militem, quia extra vallum non accinctus: atq; alium, quia pugione tantùm accinctus foret, morte punitos. Virgil. Aeneid. 7. Fidoq́; accingitur ense.

Quintil. lib. 12. Horũ scientia debet esse succinctus, accedente verborum figurarumq́; facili copia. Sumpta translatione à militibus, qui succincti dicebantur, accincti quoq; gladio.

Insigat puer altiùs animo voces illas, quæ ad contexendas huiusmodi formulas pertinent.

Indusium, Camisa.

Thorax, Iubon.

Thorax lineus, Iubon de tela. *Suetonio.*

Tunica, Sayo.

Tunica linea, Sobrepelliz. *Apud alios* Roquete.

Vestis Stola, Ropa, vestidura.

Vestis hodœporica. Capa o manto.

Vestis talaris. Vestidura luenga.

Vestis serica heteromalla, De terciopelo.

Amphimalla vestis, Vellosa dentro y fuera: *quæ vtrinq; villosa nautæ vtuntur & agricolæ.*

Heteromalla vestis. Vellosa duna parte como frisa.

Palla Gallica. Paratoque.

Tibialia. Medias calças.

Amictus pelliceus. La muça.

Epomis. Capiron o corneta.

Lacerna vel pallium. Capa de doctor. *Vnde Lacernati doctores.*

Caligæ, Calças.

Subuculum. Brageta.

Feminalia. Bragas.

Plaga, Biarija. *Lineum capitis operimentum, quo mulieres vtuntur.*

Gallicæ, Gollochas, que son çapatos de leño.

Crepida. Chapin. Ex *Gellio.*

Calceus fenestratus, çapato de frayle.

Armillæ, armillarum. Manillas.

Ocreæ, ocrearum. Botas.

Prætexta. Vestidura bandeada. *Nam prætexere, brodare: prætexturam, cimosiam dicimus.* Riuete.

Zona. Cinta.

Funis canabeus. Cintura de frayle.

Chirothecæ. Guantes.

Penula. Manto contra la lluuia.

Vitta. Cofia, o velo de donzella.

Reticulum, quam cœpham vocamus.

Toga rara. Ropa de cozina, o camara.

Synthesis. Ropa de librea. *Cuiusmodi satellitum vestis.*

ACCVSATIVVS REI ET PERSONAE.

Quædam vtrumuis admittũt, rei, seu personæ.

Vicit te, & Vicit litem.

Excu-

Excusat se, & excusat valetudinem.
Accusat te, & accusat tuã negligentiã.

Vicit te, & Vicit litem. Ganadoha el pleyto contra ti.

Cicero de Oratore, *Cum eloquentia vincebat cæteros medicos.* Idẽ, *Ac sine dubio in re omni vincit imitationes veritas.* Id est, *superat et potior est.* Idem, *Me vno defendente vicit.*

Excusat se. Escusa se. Plautus in Asinaria, *Vxori excuses te.* Escuses te a tu muger.

Excusat valetudinem. Dize que su dolencia fue la causa. Plinius, *Oculorum valetudinem excusauit.* Escusaua se por el mal de los ojos. Vide Vallã lib. 5.

Accusat te, & accusat tuam negligentiam: vt crimen accusatiuo casu efferatur, quod frequẽtius in genitiuo locum habet. Nam accuso te negligentiæ, potiùs diceretur. Altera tamen oratio vetustatis fide non caret. Cicero ad Quintum fratrem, *Nam quòd inertiam accusas adolescentium.* Tacitus de Claudio, *Cum modò incusaret flagitia vxoris.* In quibus Græca imitatio est. Vide Budæum.

MOTVS AD LOCVM.

Quæ significãt motum ad locum aliquem, accusatiuum postulant nominis proprij citra præpositionem.

Eo Romam.

Redijt Athenas.

Nauigauit Carthaginem.

Eo Romam. A Roma. *Cicero ad* Atticum 7. *Capuam venire iußi sumus ad* Nonas *Februarias.*

Rediit Athenas. Boluio a Athenas. Cicero ad Atticum 7. *Spemq; adfert, si in* Picenum *agrum ipse venerit, nos* Romam *rediturOS.*

Nauigauit Carthaginē. Nauigo hazia Carthago. *Ne hîc puer se torqueat, an his casus legibus seruitutis solutus sit, emēdata orationis structura contentus.*

Item hæc:

Confero me domum.

Recipio me rus.

Nam appellatiuis, siue maiorū locorum vocabulis, ferè præpositio additur.

Profectus est in Hispaniam.

Reuersus est in Prouinciam.

Abijt in forum.

Appellatiua duo Rus *&* Domus *ad hunc modum sine præpositione ponuntur.*

Confero me domum. Voy me a casa.

Recipio me rus. Voy me al campo. *Terentius in* Phormione, *Neque me domum nunc reciperē, nisi mihi hîc esset spes ostensa.*

Cæteris appellatiuis additur præpositio. Cicero ad Atticum 9. Nos *autem audieramus eum, profectum, siue ad* Pompeium, *siue in* Hispaniam. Hazia España.

In An-

In Angliam. A Inglaterra.
In Germaniam. En Alamaña.
In Italiam. En Italia.
Abiit in forum. Fuese al mercado.

Cæsar lib.7.bel.Gal. Duas reliquas in Lemouicum fines non longè ab Aruernis misit. En tierra de Limoges acerca de Aluernia.

Cicero Appio Pulchro, Ego in prouinciam veni pridie Calendas Sextiles. Idem, Quin tu in malam rem abis? Imprecantis oratio est.

Et virorum proprijs. Cicero in Lælio, Quo mortuo me ad Pontificem Scæuolam contuli.

Proprijs autem admodum raró. Cicero ad Atticum octauo, Cùm esset incertum iter Cæsaris, quòd vel ad Capuam, vel Luceriam iturus putabatur.

Cæsar 6.bel.Gall. Consilium in Lutetiam Parisiorum transfert. Parisij. Los de Paris.

Idem lib.7. Ille oppidum Biturigum positum in via, Nouiodunum oppugnare cœpit. Hi Bituriges, De la prouincia de Burges. *Ad oppidum Lemouicum proficiscar. Hi Lemouices, horum Lemouicum, his Lemouicibus.* Los de Limoges. *Sic oppidum Bræcariorum,* Braga. *Oppidum Ilergetum,* Lerida. *Vrbs Murbogorum,* Burgos. *Qua appellatione, non me fugit ipsius Prouinciæ vrbem aliam à Metropoli venire posse. Cicero pro Flacco, Cum maximo ornatißimoq; comitatu, venit in oppidum Græcorum.*

Sed quid hæremus? Docet Budæus, et prouinciæ, & vrbis eandẽ aliquãdo appellationẽ esse. Is in epistolis,

Vale

Vale Parisiis, De Paris, *millies vsurpat : cùm tamen Parisios, populum esse constet. Idem, Vale ad Remos oppidum celebre. quo modo dicam, Vale Bræcariis, &* *ad Bræcarios: Vale Venetiis*, De Venecia. Et Alcia*tus, Vale Biturigibus*, De Burges.

Ex *Budæo & illud docebo, Vale Blesis*, De Bles. *& Vale ad diui Germani. Subaudi, ædem.*

SPATIVM TEMPORIS.

Quibuslibet verbis apponitur accusatiuus significans spatium temporis.

Potauit totam noctem.

Hîc totum desedi diem.

Viginti annos natus est.

Iam seculum te opperimur.

Potauit totam noctem. En toda lo noche no ha hecho que beuer.

Terentius in Eunucho, *Vbi totũ desedi diem.* Estuue assentado todo el dia.

Iam horam hîc desedi. Ya ha vna hora que estoy aqui.

Viginti annos natus est : durum est, Habet *viginti annos. Terentius in* Eunucho, *Verùm si ea viuit, annos nata est sedecim. Cicero de Senectute, Arbitror te audire Scipio, hospes tuus Masinissa quæ faciat hodie nonaginta annos natus*, Que ha nouenta años.

Iam seculum te opperimur. Cient años ha, que te esperamos. *Hyperbole hæc est prouerbialis, proli*-

xum

xum tempus significans.

Cic. de Senectute, Viginti duos annos ei sacerdotio præfuit. Veynte y dos años ha tenido el officio.

APPENDIX.

Quanquam hic aliquoties in ablatiuum vertitur:

Commoratus est apud nos tribus horis, seu tres horas.

Accusatiuo siue ablatiuo indifferenter vtimur, continuum tempus significantes.

Commoratus est apud nos tres horas, siue tribus horis. Tres horas.

Plin. Nihil salutare, nisi quod toto anno salubre.

Cicero 1. Offic. Annum iam audientem Cratippum.

Qui ducit vxorem, vno mense felix est. El que se casa, ha vn mes de buen tiempo. *Sed vsitatior accusatiui vsus.*

APPENDIX.

At quoties non spatium, sed species temporis significatur, ablatiuus tãtùm apponitur.

Nocte vigilas.

Luce dormis.

Æstate domi desides.

Hyeme nauigas.

Superioribus diebus ad te ſcripſi.

Anno proximo te viſam.

Significatur autem ſpecies, cùm interrogatio fit per quando: vt,

Quando venies?

Hora tertia.

Spatium verò, cùm fit interrogatio per quandiu: vt,

Quandiu vigilaſti?

Duas horas.

Nocte vigilas. Velas de noche, la noche.

Luce dormis. Duermes de dia.

Aeſtate domi deſides. Eſtas ocioſo en eleſtio.

Hyeme nauigas. En el inuierno nauegas.

Cicero, Superioribus diebus veni in Cumanũ. Eſtos dias paſſados.

Et iterum, Qui his paucis diebus Pontifex factus:

Et futuro, Paucis diebus eram domeſticos tabellarios miſſurus. De aqui a poco.

Vt, Anno proximo te viſam. El año que viene te ire a ver.

Cicero Cornificio, Liberalibus literas accepi tuas. El dia de Paſcua recibi tus letras.

Sic Hilaribus. El dia de carneſtollendas.

Soterijs. El viernes ſancto: *quæ neutra ſunt numeri pluralis. Hoc Budæus me docuit in quadam epiſtola*

ſtola ad Eraſmum.

Eiuſdem generis eſt & illud, Die *feſto ſi quid prodegeris, profectò egere liceat*. Si hazes el prodigo la fieſta al otro dia te hara falta.

Et, Iuſtis diebus non exigetur pecunia. No te haran pagar en tanto que dure el termino de la corte. *Hi erant triginta dies dati conquirendæ pecuniæ cauſa, quam diſſoluerent*.

Faſto die vadimoniũ deſeruit, En el dia del pleyto ſe auſente. *Faſtus dies*, El dia que ſe tiene la corte. *Dies nefaſtus*, El dia que no ſe tiene corte.

Status dies. El dia del ordinario.

Additur interdum præpoſitio. Horatius, Surgunt de nocte latrones. Quintil. lib. 1. cap. 1. Quæ per viginti annos erudiendis pueris impenderam.

Terentius, In hoc biduum Thais uale. Adios, haſta dos dias.

Triduum. Tres dias.

Quatriduum. Quatro dias.

Cicero in ſomnio Scipionis, Qui ad multam noctem uigilaſſem.

Idem dixit ad Atticum, Ab hora octaua ad ueſperam ſecretò collocuti ſumus.

SPATIVM LOCI.

Quibuſdam & loci ſpatium eodem modo apponitur.

Iam mille paſſus proceſſerant.

Patet in longum quingenta ſtadia.

Latum

Latum culmum,
Latum vnguem,
Latum digitum,
Pedem hinc ne disceſſeris.
Abeſt ab vrbe ſeſquimiliarium.

Loci *ſpatium in accuſatiuo ponimus.*

I*am mille paſſus proceſſerant*. Auian ya paſſado media legua pequeña. P*aſſus*, *menſura eſt quinque pedum.*

L*iuius*. C*ùm tridui viam proceßiſſent*. Tres jornadas de camino. V*ia vnius diei.* Vna jornada.

P*atet in lõgum quinquaginta ſtadia*. Vee ſe a tres leguas lexos, o eſtiẽde ſe. *Stadium*, *octaua pars miliarij.* Vn tiro de balleſta, *à nobis dici poteſt.* C*æſar in* C*omment*. H*erciniæ ſyluæ latitudo nouem dierum iter expedito patet.* Nueue jornadas.

C*icero* A*cademicarum quæſt.2.* A*b hac regula mihi non licet tranſuerſum (vt aiunt) vnguem diſcedere.* P*lenus vndequaque conſenſus ſignificatur*. No me es licito defaltar, o dexar tantico.

P*lautinus* E*uclio in* A*ulul*. S*i tu hercle ex iſthoc loco digitum tranſuerſum, aut vnguem latum exceſſeris*. Si tu partes deſte lugar vn ſolo pelo.

C*icero in* V*errem, act.6.* D*igitum non diſcedam, pro eo quod eſt, quàm minimo ſpatio.*

V*ulgò etiam nunc dicunt*, L*atum culmum, ſimili figura. pro eo quod eſt, ne tantillum quidem.*

P*edem hinc ne diſceſſeris*. No te vayas de aqui

vn ſolo

vn solo pie. *Plautus in Asinaria, Ne iste hercle ab isto non pedem discedat. Cicero in Academicis quæstionibus, A Chrysippo pedem nunquam.* Loquitur de Antiocho qui reliquis conteptis, Chrysippum per omnia sequebatur.

Pes, duodecim pollicibus nostris constat.

Abest ab vrbe sesquimiliariū. Esta lexos de la ciudad media legua. *Sesquimiliarium, miliarium cum dimidio intelligimus: quæ mensura, leucæ medietatē non admodum excedit.*

Cicero, Cùm abessem ab Amano iter vnius diei. Lexos de vna jornada.

Quanquam hic quoq; nonnunquā vertitur in ablatiuum.

Abest à continēti quingentis passuum millibus.

Abest à continenti quingentis passuū millibus. Dentro en el mar, a quinientas millas de tierra firme.

Plinius Maior lib. 6. Alymnum à proxima continente abest septem millibus passuum.

Virgilius, Nec longis inter se paßibus absunt.

Abesse, connectitur interim genitiuo: sed per eclipsim accusatiuus Viam, Iterve desyderatur.

Cicero in epist. Nos in ea castra properabamus quæ aberant bidui. Yuamos al campo que estaua a dos jornadas de nosotros. *Plena enim locutio esset, Quæ aberant viam bidui. Vt pro Plancio, Qui cùm abessent aliquot dierum viam. Ita variat oratio.*

RECIPROCVS accusatiuus.

Quodlibet verbũ, quantumuis intransitiuum, admittit accusatiuum nominis significantis eundem actum: vt,

Quam hîc vitam viuitis?

Endymionis somnum dormis.

Huius generis sunt illa:

Longum nauigauit iter.

Hunc scio mea solidè solum gauisurum gaudia.

Quam hîc vitam viuitis? Que vida lleuays aqui vosotros?

Plautus in Amphitrione, Vt profectò viuas ætatem miser. Que tu biuas miserablemente toda tu vida.

Cice. de Senectute, Tertiam enim ætatem vixerat. Auia biuido la vida de tres hombres.

Plautus in Merc. Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio viuere.

Terent. in Adelphis, Nam ego vitam duram, quam vixi vsq; adhuc, propè iam excurso spatio, mitto. La vida que he tenido hasta aqui.

Quintilia. Qui vitam beatam viuere volet, philosophetur oportet. Hazer vida bienauenturada.

Idem lib. 12. Accusatoriam vitam viuere, & ad defenden

fendendos reos præmio duci,proximum latrocinio est. Viuir vida de acusador.

Virgilius Aeneid.12. Amplius hunc oro sine me ferére ante furorem.

Idem Aeneid. 4. -longam incomitata videtur Ire viam. Et, *Ire via, apud Terentium.*

Plautus in Pseud. Prius quàm istam pugnam pugnabo.

Item in Aulul. Nam qui amanti hero seruitutem seruit. Qui sierue a amõ enamorado.

Liuius, Atq; ob eam rem noxam nocuerunt. Noxam nocere, est damnum dare. Hazer daño.

Terentius in Eunuc. Et quia consimilem luserat iam olim ille ludum. Auia jugado semejante juego.

Idem in Phormione, Cantilenam eandẽ canis. Et, *Mirabar si quid afferres noui.* Marauillaua me, si tu dezias algo de nueuo.

Idem in Andria, Nam hũc scio mea solidè solum gauisurum gaudia. Cicero Pæto, Puto vt suum gaudium gauderemus. Plautus dixit etiam, Gaudere gaudio.

Eiusdem generis sunt & illa: Longum nauigauit iter. Virgilius,

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Endymionis somnum dormis. Duermes luengo sueño. *Ab Endymionis notißima fabula. Is erat puer apprimè formosus, à Luna adamatus, cui quidem illa, à patre Ioue precibus impetrauit, vt quicquid optasset, id fieret. Optauit Endymion vt perpetuum dormiret somnum immortalis, perseuerans, & expers senij.*

Cice. de lege Agra. Atq; hoc carmen hic Tribunus

plebis non vobis, sed sibijpsi intus canit.

Sic, Dicta in te dicere, Philip. 2. Et, Statuam statuere, in Verrem act. 5. Et, Actum agere, in Lælio.

Illud addam ex abundanti, ne puer ab vsu sermonis rege discedat, quatuor verbi actiui genera esse.

Primum, quod omnibus numeris absolutum & finit, cuius extat paßiuum in or: vt amo, as: amor, aris.

Alterũ, quod natura duce dúntaxat sortitur casum tertiæ personæ, vtriusq; numeri, vt aro: cuius paßiuum sic variat, aratur, arantur: arabatur, arabantur: aratus est, arati sunt. Plautus, Non aruus hic, qui arari soleat, sed pascuus est ager. Vnde paßiuorum more exoriũtur participia duo, aratus & arandus. Sic Virgil. Arte laboratæ vestes: &, Arata littora, dixit.

Tertium, cuius tertia persona paßiua, numeri singularis, apud receptos authores solùm extat. Ouid. Iã tertia viuitur ætas. Martial. Tota mihi dormitur hyems. Quintilianus lib. 1. Est etiam quidã, ait, tertius modus, vt vrbs habitatur, vnde & cãpus curritur, mare nauigatur. Abs quibus participia duo etiam veniũt. Salust. Quæ negotia multò magis q̃ prælium malè pugnatum terrebant. Terent. Excurso propè spatio, &c. Cic. pro Murena, Ex omnibus pugnis acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. Catullus, Nox est perpetua vna dormienda. In quibus non luxuriet puer, vsum secutus.

Vltimum, verbi actiui genus est, à quo voces aliquot vsus abstulit, quod defectiuũ dicimus. Cic. in Partitionibus, Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? C.P. In treis. C.F. Cedò, quas? Id est, dic. cuius

cæteræ perſonæ deſyderantur, præter cedite, dicite.

ACCVSATIVVS per figuram.

Item illa: Reſipit, Sapit aduſtionem.
Olet lucernam, hircum. cabron
Olet vnguenta.
Spirat Italiam.
Vox non ſonat hominem.
Vineta crepat mera.
Viuunt Bacchanalia.
Viuit Cynicum.

Pleraq; verba alterius vocis ſimul intellectum induunt, ſimul eius ſyntaxim imitantur.

Sapit aduſtionem. Siente al quemado.

Perſius, Cum ſapimus patruos, ignoſcite.

Sapit arrogantiam. Arrogancia parece.

Reſipiunt iuuenile quiddã. In his tranſlatio eſt ducta à corporis ſenſu.

Sic dicunt, Sapit hæreſim.

Sapit mel. Tiene ſabor de miel.

Perſius, Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit vngues. *pro Saporem habet vel repræſentat.* No es coſa que aya ſido bien penſada.

Taxat enim poëtarum in ſcribendo negligentiam.

Huc pertinent & illa: Olet mendaciũ. Pareçe mentira. *Olet lucernam.* Ha ſido hecho curioſamente

UNIVERSITARIA SEVILLA
UNIV BIB

a gran lumbre. *Parœmia dicitur de re meditata, multoq; studio elucubrata. Vide Erasmi Chiliadum opus.*

Quintilianus lib. 8. Si fieri potest, & verba omnia, & vox huius alumnum urbis oleant. Pa[redacted] criado en essa ciudad. *Horatius lib. 1. Serm. Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Alterum spurci est, alterum mollis.* Los dos son viciosos.

Hircus, ait Budæus, fœtor est alarum quem olēt pubescentes, ubi Venerem agnoscere incipiunt.

Pastilli autem, sunt pilulæ unguentariæ.

Terentius in Adelphis, Olet unguenta de meo.

Plautus in Mostel.

Non omnes possunt olere unguenta exotica, sicut tu oles. Todos no pueden sentir el almizque como tu.

Sine me alliatum fungi fortunas meas. Dexa me sentir los ajos. *Vnguenta enim (ut scribit Budæus) non sunt medicamētaria, ut vulgò creditur, sed ad suaueolentiam & delitias inuenta.*

Plautus in Aulul. Aurum huic olet. Piensa que aya thesoro.

Tullianam phrasim redolet. Parece el latin de Ciceron.

Apul. 5. Meta. Deam spirat mulier. Id est, præ se fert deam. Spirat Italiam. Tierra buena como Italia.

Virgilius primo Aeneid. Nec vox hominem sonat. No es voz de hombre.

Horat. Sulcos & vineta crepat mera. No habla, q̃ de viñas. *Idem, Siquid Stertinius veri crepat. Id est, loquitur, prædicat.*

Iuuena=

Iuuenalis Satyra secunda, Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Hazen se sanctos, y viuē como epicurios.

Viuit Cynicū. Haze vida austera. *Nam Diogenes ille Cynicus crudis oleribus, et simplici aqua victitabat.*

Boetius quarto de Cōsol. Segnis ac stupidus torpet, asinum viuit. Bouo y perezoso.

Et quæ ponuntur aduerbiorum loco.

Furit indomitum.

Dulcè sonat.

Toruum tuetur. Id est, indomitè, dulciter, toruè.

Adiectiuum aduerbij loco ponitur.

Apuleius, Cùm toruum in eos intueretur.

Furit indomitum. No se dexa domar.

Virgilius, Sole recèns orto, aut noctem ducentibus astris.

Tale est illud, Fistula dulcè canit, volucrem dum decipit auceps.

Sicut apud Flaccum, Magna sonaturum. pro magnè, dulciter, recenter, indomitè, toruè.

ABLATIVVS post verbum.

Quoduis verbum admittit ablatiuū significantem qualecunq; instrumentum, aut modum actionis.

Exemplum inſtrumenti.

Petijt me ſaxo.
Cecîdit loris.
Enecas odio.
Refellis argumentis.
Vincit ſapientia.
Conciliauit humanitate multos.
Concordia res paruæ creſcunt: Diſcordia maximæ dilabuntur. Id eſt, per diſcordiam.

Inſtrumentum appellamus, quo aliquid fit.

Petit me ſaxo. Quiere me herir con vna piedra. *Virgilius,*

Malo me Galathea petit laſciua puella.

Plautus, Bene monſtrantem pugnis cædis. Das le de puñadas.

Cecîdit loris. Diole de açotes.

Plautus in Perſa, Tu nunc odio me enecas. Tu me matas de enojo.

Refellere argumentis, Id eſt probationibus. Redarguir con buenas razones.

Vincit ſapientia. Paſſa en ſabiduria. *Plaut. in Pœnulo, Cochleam tarditudine vincit.*

Conciliauit humanitate multos. Muchos amigos gano por ſu humanidad.

Saluſt. in Iugurtha, Concordia paruæ res creſcunt: diſcor=

discordia maximæ dilabuntur. Por concordia las cosas pequeñas crescen, y por discordia las grãdes fallescen.

Exemplum modi.

Mira celeritate rem peregit.
Summa eloquentia causam egit.

Hîc tamen apponitur aliquoties præpositio Cum.

Summa cum humanitate tractauit hominem.

Nam instrumentis non apponitur. Non enim rectè dicitur, Scribit cum calamo.

Modum actionis similitudine etiam solemus aliquando interpretari. Tulliana eloquentia, Herculea fortitudine. Cicero Lentulo, Nã cùm in sermone quotidiano, tum in Senatu palàm sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum. Agere causam. Hablar por alguno, o pleytear por el.

Agere summo iure, Proceder en toda rigor de justicia. *Cicero pro Cecinna.*

Idem, Agamus igitur pingui Minerua. Hablemos positiuamente.

Summa cum humanitate tractauit hominẽ. Tracto

le con grande humanidad.

Percußit pugno.non, cum pugno, Hirio le con el puño.

Scribit calamo:non, cum calamo, Eſcriue con vna pluma.

Tango te manu:non, cum manu, Toca te con la mano.*Non enim poteſt latinus idiotiſmus vulgo ſeruari.*

APPENDIX.

His finitima ſunt, quæ ad Synecdochen pertinent.

Ægrotat animo magis, quàm corpore.

Diſcruciatur animo. Candet dentibus.

Rubet capillis:id eſt, ſecũdum animum, corpus, capillos.

Poëtæ dicunt per accuſatiuum:

Languet animum.

Rubet faciem. Canet capillos.

Verba ad animi aut corporis qualitatem pertinentia, modò accuſatiuum, modò ablatiuum amant. Aegrotat animo magis quàm corpore, Es mas triſteza de animo, que dolencia de cuerpo.

*Plautus in Caſina,*Ego *diſcrucior miſer amore,* De amor ſoy tormentado.

*Diſcrucior animi,*pro *animo, dicitur more antiquo. Plautus,* Diſcrucior *animi, quia ab domo abeundum eſt mihi.*

est mihi, Triste soy de coraçon.

Est & synecdoche, Doleo *ilia, vel ilibus*, Los ijares me hazen mal. *Quod non recipit prosa: sed, Ilia mihi dolent.* Dolet *mihi caput*, La cabeça me duele. *Plautus in Amphit. Mihi etiam misero malæ dolent.* Las mançanillas me hazen mal. *Idem in Mostel. Cor dolet mihi.*

At ille sermo apud authores frequens est per eclipsim: Doleo *vicem tuam*, Duelo me de tu fortuna. *Suetonius, Se quoque respondit vicem eorum dolere.* Et, Dolere *interitum*, *Ciceroni in* Philipp. Et, Dolere *casum, Sallustio, in vsu sunt. vbi subauditur* Propter.

Candet dentibus. Tiene los dientes blancos.

Canet capillos. Tiene los cabellos canos.

Rubet *faciem.* La cara le es colorada.

Languet *animum.* Es couarde.

Virgil. *Sanguineisq́; inculta rubent auiaria baccis.*

Quibus occurrẽtibus non protinus vtendum, cùm sua cuique sit proposita virtus.

COMPARATIVA.

Quæ vim obtinent comparationis, admittunt ablatiuum significantẽ mensuram.

Multò præstat cauere, q̃ admittere.

Multis, infinitis partibus te vincit.

Duplo superat.

Nimio excellit, antecedit.

Auxesis

Auxesis verba peculiariter his amplificamus, quibus & comparatiua: quare in eum locum sententiam nostram differimus.

Multo præstat cauere, quàm admittere. Vale mas guardar se, que cometer delicto.

Terentius in Eunucho, *Quod cauere possis, stultum est admittere.*

Multis, infinitis partibus te vincit, En muchas maneras, muy mucho te sobrepuja.

Duplo superat. Al doble.

Nimio excellit. De mucho.

MOTVS A LOCO.

Quæ significant motum à loco, siue per locum, eadem nomina admittunt in ablatiuo, quæ in genitiuo apponebãtur, cùm significabatur quies in loco.

Discessit Londino. Rure reuersus est.

Louanio sum facturus iter.

Discessit Londino. Partido es de Londres.

Rure reuersus est. Buelto es del campo.

Louanio sum facturus iter, Passare por Louayna.

Nam facere iter, per locum significat.

Apponitur semper præpositio Per appellatiuis regionum nominibus.

Per Italiam eundũ est Græciã petenti.

Per forum ibis.

Per

Per Italiam eundum est Græciam petenti. Por Italia passan los que van a Grecia. Cicero 10. ad Atticum, Etiam illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copijs iter in Germaniam per Illyricum fecisse.

Per forum ibis, Passaras por el mercado.

Cicero ad Atticum, Fecit iter per possessionem, in qua animal reliquum nullum est.

Adduntur & hi ablatiui aduerbiales: Hàc eundum est, illhàc, isthàc.

Ablatiuos aduerbiales dixit aduerbia quædã, quæ ablatiui faciem quandam habent: vt, Hàc eundum est: Por aca. Isthàc, Por alla. Quæ simile quiddam patiuntur, vocabulis in aduerbium transeuntibus.

Quà, pro aliqua parte seu via: vt, Siqua licebit effugere. Et relatiuê, Quà spectat Ægyptum.

Quà, loci aduerbium, Por donde. dicunt: plerique tamen eclypsim esse malunt, desyderato substantiuo Parte seu Via. Virgilius, Dic mihi quà sit iter. Por donde va el camino.

Si quà licebit effugere. Si por alguna parte podremos huir.

Cicero Attico, Qui video te distentissimũ esse, qua de Buthrotijs, qua de Bruto. vt sit sensus, Qua parte de Bruto sermo fit.

Et relatiuê: vt, Qua spectat Aegyptum. De la parte, que esta hazia Egypto.

Cæsar 2. belli Gall. Qua minime arduus ad nostras munitio-

munitiones ascensus videbatur. Vt Virgilio *Quo-*
-quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.

ABLATIVVS ABSO[redacted]

Quibuslibet verbis additur ablatiuus absolutè sumptus.

Me dormiente tu bibis.

Hoc me viuo non facies.

Hæc fiunt te rege, te consule, te pōtifice.

Te impulsore feci.

Lilio præceptore tantus hic euasit.

Do*cti duorum verborum alterum, modò vni vinculi nota temporisue præfixa fuerit, in faciem participij vertunt.* Incidit *enim longè fœliciùs participij vsus, quàm verbi.* Sed *huius rei ratio non vna est.* Nam *communi calculo auferendi casus participium est, qui ablatiuus* Absolutus *dicitur, quòd membri & incisi vim, quæ hisce legibus soluūtur, obtineat.* Cicero, *Nisi explicata solutione non sum discessurus.* Id *est priùs quàm explicauero?*

Terentius *in* Heaut. *Licere speras fore me viuo patre?* En tiempo de mi vida?

Cicero in Parad. *Te duce latrocinium in foro constitutum,* Estando tu el capitan. Et *offic.* I. Retinen*da est igitur huius generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra & duce.* Segun el enseñamiento de la natura.

Teren-

Terentius in Eunu. Here ne me spectes: me impulsore hæc non fecit, No lo hecho ami instigation.

Aliquando solùm participium in consequentiæ ablatiuo legitur. sed in præterito, et genere neutro. Liu. Et ne ibi quidem nuntiato quò pergerent.

Quintilianus, Excepto, quòd pedes mihi trisyllabos videtur excedere.

Sallustius, Audito regem in Siciliam tendere.

Autumant plerique, orationis partem, quæ participia sequitur, nominis vicem supplere. Budæus tamen tantus author in Commentarijs Græcæ linguæ, ablatiuos à verbo impersonali esse, credit more Græcorum, quomodo Liuius rectis à participio impersonali vsus est: Nuntiatum, inquit, Frusinone infantem natum esse quadriennio parem.

Vsus tamen sermonis rex, si eiusdem personæ verbum fuerit, participio nominandi casus gaudet. Cic. de Amicitia, Itaque ipse mea legẽs sic afficior interdum, vt Catonem, non me, loqui existimem. Ibidẽ, Respondet Lælius, cuius disputatio est de amicitia, quam legens tuipse cognosces.

Si verò personæ dißimilis vtrunque verbum est, eius casus participium esto, quem verbum alterum, si ei apponi poßit, amat. Sallustius in Iugurtha, Impius Adherbalem cruciatum necat. pro eo quod est, cruciat & necat. Quintil. lib. 1. Tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatem. El vencido tenia treynta dias para se vengar.

Idem 3. Mihi cuncta rimanti talis ratio succurrit, Todas cosas pensadas esto me paresce. Cicero de Senect.

Seneƈt.Nec verò dubitet agricola, quãuis ſenex, quæ-renti cui ſerat, reſpondere, Dijs immortalibus.

IMPLENDI,
onerandi.

Verba implẽdi, onerãdi, et his diuerſa.

Satio, Saturo, Expleo te fabulis.

Ingurgitauit ſe cibo.

Obruit ſe vino.

Oneras ſtomachum cibo.

Leuabo te hoc onere.

Exonerabo te nummis.

Nudauit, Exuit, Spoliauit me bonis omnibus.

Emunxit ſenes argento.

Explebo te cruſtulis tenellis. Hoc *cruſtulum*, Vna nebla. *Cruſtula ſaccarata*, Nebla de açucar. *Ita Budæus vtitur.*

Expleo te fabulis. Yo te harto de conſejas. *Cicero Curioni, Non enim vereor ne non ſcribendo te ex-pleam.* No temo que eſcriuiendo yo no te con-tente.

Cicero pro Rabir. Poſth. *Aeſtatem vnam complu-reis aureis referſit iſtis ſermonibus.*

Cicero in Antonium, *Cùm ſe cibis ingurgitauiſſet.* Como ſe ouieſſe hartado de viandas.

Obruit

Obruit se vino. Hinchio se de vino.

Oneras stomachum cibo. Cargas tu vientre de viandas.

Quintilia. libr. 1. Sed neq; præceptor bonus maiore se turba, quam vt sustinere eam poßit, onerauerit. El buen maestro no toma el cargo de mas discipulos que pueda enseñar.

Leuabo te hoc onere. Yo te aliuiare de esta carga. *Cicero de Senec. Hoc enim onere, quod mihi tecũ commune est, aut iam vrgentis, aut aduentantis senectutis, & te, & meipsum leuari volo. Idem ad Atticum 7. Tamen leuabar cura.*

Exonero te nummis. Descargo te del dinero. *Terentius in Phormione, Et nos amicos eius exonerastis metu.*

Spoliauit me bonis omnibus. Despojado me ha de todos mis bienes. *Cicero pro Quintio, Qui amicũ, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est. Idem ad Atticum, lib. 17. Non enim poterimus vlla esse inuidia spoliati opibus.*

Terentius in Phormione, Emunxi senes argento. Limpie les bien la bolsa del dinero.

Terent. in Andria, Tibi quia superest, dolet: amore abundas Antipho. Estas muy enamorado.

PROSEQVOR, AFFICIO.

Item prosequor & afficio.

Afficit me iniuria, damno, honore.

Prosequor te odio, amore, beneuolentia.

Prosequor, accedēte ablatiuo, omni affectioni seruit.
Prosequor te odio. Yo te quiero mal.
Prosequor te amore, beneuolentia. Yo te amo.
Quintilianus lib.5. Persuasio nationū, quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur.

Afficio eandem vim habet. Affecit me iniuria. Ha me hecho injuria. *Affecit me damno.* Hizo me daño. *Affecit me honore.* Hizo me honrra. *Terentius, Quanta cura, & solicitudine me afficit gnatus?* En quanto cuydado me ha puesto?

Pluit lapidibus, lacte, sanguine, siue lapides, lac, sanguinem.

Pluit, habet appositum ablatiuum. Liuius, Nuntiatum est in Albano lapidibus pluisse.

Plaut. in Curcul. Haud multo pòst luce lucebit. De aqui a poco sera dia claro.

Pluit verò sanguinem, dicere non ausim: sed cum Tibullo, Pluit sanguis. Nam in illo Statij libro 8. Thebaidos, Saxa pluunt: nominandi casus est Saxa. Quare quā hoc Latinum sit, Valla ipse, vnde hic locus sumptus est, viderit.

MEREOR BENE, SEV MALE.

Bene mereor & malè, peius, melius, optimè, pessimè, interueniēte præpositione, asciscunt auferendi casum.

Optimè de literis meritus es.

De

De me nihil es meritus, neq; bene, neque malè.

Mereor de te, est aliquid in te confero. Si beneficij, bene mereri de te dicor: Sin autem offensionis, malè de te mereri. Hoc *Valla.*

Optimè de literis meritus. Mucho biẽ ha hecho a las letras.

De me nihil es meritus, neq; bene, neq; malè. Tu no me hiziste jamas bien ni mal.

Nonnunquam aduerbium reticemus: sed in ambiguũ sensum. Terentius in Hecyra, *Nam meritus de me est, quod queam, illi vt commodem.* Merecido ha conmigo, que yo le ayude en lo que pudiere.

PASSIVA.

Paßiuis additur ablatiuus agentis, sed accedente præpositione A, vel Ab.

Rideris ab omnibus.

Additur aliquando datiuus absq; præpositione.

Amaris omnibus, vel ab omnibus.

Accusatiuus patientis vertitur in nominatiuum.

Pater castigat filium.

Filius castigatur à patre.

Cæteri casus ferè omnes manent in passiuis, qui fuerant actiuorum.

Doceris à me grammaticam.

Accusaris furti.

Haberis ludibrio.

Priuaberis magistratu.

Rideris *ab omnibus.* Todos se rien de ti.

Cice. in Lælio, *Sed eum perspicere mihi videor.* Po*stremum datiui exemplum est.*

Cùm actiuum paßiuo commutamus, secundum appositum paßiua obtinent. Quintilianus lib. 3. Cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modò est sanus, non quæritet.

Doceo *te grammaticam,* Tu *doceris à me grammaticam.* Yo te enseño la grammatica.

Accuso *te furti,* Accusaris *à me furti.* Acuso te de hurto.

Plautus *in* Menæb. *Quî lubet ludibrio habere me?* Porq̄ os deleytays en os burlar de mi? *Quo in passiuū mutato, datiuus manet: sic, Qui lubet ludibrio haberi me? Sic dicimus,* Priuabo *te magistratu.* Priuaberis *à me magistratu.* Yo te hare perder tu officio.

Quæ per se paßiua vocātur, construuntur quemadmodum & illa.

Vænijt à domino.

Vapulabis à præceptore. Quid fiet illo?

Per

Per se paßiua dixit, quæ O finientia, paßiuam affe-ctionem obtinent.

Vænijt à domino. Ha sido vendido de su señor. Quintilianus, Fabritius respondit se à ciue spoliari malle, quàm ab hoste vænire. Id est vendi: vbi faciendi modo patimur.

Vapulabis à præceptore. Seras açotado del mae-stro. Quintil. lib. 9. An ab reo fustibus vapulasset. Cice. ad Atticum. 6. Quid illo fiet, quem reliquero?

VESCOR, ET CAETERA.

Vescor carnibus. Hic victitat lacte.
Vtor homine familiariter.
Inuenitur &, Vtor hanc rem.
Et, Abutor operam.
Fruor tuo conspectu.
Et, Tuo fretus auxilio.
De Potior dictum est.
Fungitur magistratu.
Defunctus est vita.

Vescor carnibus. Como carne. Virgilius, -superátne, & vescitur aura Aetheria?

Hic victitat lacte. Viue de leche.

Cicero Lentulo, Aulo Trebonio, qui in tua prouinciam magna negotia, et ampla, et expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Es me muy familiar.

Idem in Lælio satis noué dixit, P. Sulpitio vtebare

 multum.

multum. nam vſitatius, Multus mihi cum illo fuit vſus. Inuenitur cum accuſatiuo, ſed vetuſtè. Plaut. in Aſinaria, Cætera, quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Las otras coſas, de que nos queremos ſeruir mercamos a dinero contado.

Cicer. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Haſta quando vſaras de mal hazer, por falta de te caſtigar? *Et Abuti tribunatu. pro Milone: pro eo quod eſt, copioſè vti, atq; hîc fiduciam cauſæ ponere, vt Budæus notauit.*

Obſoletum, quod eſt apud Terentium in prologo Andriæ, Nam in prologis ſcribundis operam abutitur. Emplea mal ſu trabajo.

Fruor tuo conſpectu. Gozo me de tu viſta. *Terẽt. in Heaut. Me miſerũ non licere ingenio frui.* No puedo hazer a mi plazer.

Et, Tuo fretus auxilio. Confiando me de tu ayuda.

Terentius in Eunu. Vobis fretus. Confiando me a voſotros. *Cicero Cornificio, Id ego ſperarem, tua prudentia fretus. Cuius participij vſus orationem illuſtrat.*

Fungitur magiſtratu. Exercita el officio.

Sic, Fungor prætura, legatione, munere, officio: & officium, apud veteres. Terent. in Phorm. Functus adoleſcentuli eſt officium liberalis.

Defunctus eſt vita. Muerto es. *Virgilius, O tãdem magnis pelagi defuncte periclis.* Que has ſido librado de tantos peligros.

APPENDIX I.

Præpo-

Præpoſitio ſubaudita facit, vt ablatiuus rectè addatur.

Habeo te loco parentis.

Eſt mihi vice filij: id eſt in loco, in vice.

Apparuit illi humana facie.

Deceßit magiſtratu.

Habeo te loco patris. Yo os tengo en lugar de padre. *Sic, Habeo te loco filij, Habeo te loco fratris.* Non *autem, Accipio te in fratrem. qua de re extat caput apud Vallam lib. 3.*

Eſt mihi vice filij. Tengo le por hijo.

Apparuit illi humana facie. Apareçe le en figura de hombre.

Deceßit magiſtratu. Quitado ha ſu officio. *Eſt autem* Decedere, *ei, qui ſucceſſor miſſus eſt, cedere.* Bu*dæus.*

Eiuſdem farinæ ſunt & illa. Cicero ad Octauium, Cedam foro. Dexare el pleytear. *Ibidem, Cedam vrbe,* Ire me de la ciudad. *Ibidem, Cedam vita.* Yo morire.

Idem de Oratore, Cedere cauſa liceret. Id eſt à cauſa. Perder el pleyto.

Tranquillus in Claud. Ac diu publico abſtinuit. vbi A *deſyderatur.* No ſe moſtro en publico.

Liu. lib. 10. ab vrbe condita, Vt legibus ſolueretur. Que vuieſſe diſpenſacion.

Terentius in Phormi. Bonis prognatam. Id eſt, ex

bonis prognatam. De buena raça.

Cicero de finibus, Idq́; *Socratem, qui voluptatē nullo loco numerat , audio dicentem .* El qual no haze cuenta ninguna. I N *subauditur.*

INFINITA.

APPENDIX II.

Quibusdam familiariter addūtur verba infinita:

Solet, Debet, Cœpit, Optat, Gaudet laudari.

Amat videri diues.

Studet metui.

Verba infinita, animi verbis addi solent. Cice. *in* Lælio, Fieriq́; *studebam eius prudētia doctior.* Trabajaua hazer me mas docto.

Amat videri diues. Dessea ser tenido por rico.

Gaudet laudari. Quiere ser loado.

Terent. in Eunu. *Cœpit studiose omnia docere.*

Cum verbis autem motus ad locum, vt Vado, *non est tolerabilis infinitiui vsus, nisi imitatione Græca.* Terentius in Phorm. *Eamus visere.*

Inueniuntur & hæc cum quibusdam adiectiuis: vt, Cantare paratus: &, Cantare periti, Virgilio.

Item nominatiui partes agit infinitum verbum: vt, Mentiri nō est meū. *de quo suprà disputauimus: tuncq́; gerundio in* Di, *locus non est .* Nam Opus est respondendi, *inauditum est:* Opus est respondere, *Latinè dicitur.*

dicitur. Cicero tamen primo Tuſcul. Hæc enim vetus, ait, & Socratica ratio contra alterius opinionem diſſerendi: pro diſſerere, vt Budæo placet: qui locus notandus eſt.

Nam figuratè ponuntur, vt à nullo pendeant.

Hæccine fieri flagitia?

Et, Venari, pro venabatur.

In exclamatione ponuntur infinita verba per ſe, neque verbis infinitis adiuncta.

Terentius in Adelphis, -interuenit
Homo de improuiſo: cœpit clamare, Aeſchine
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? Que tu deuias hazer tales vellaquerias? Vbi Valla libro ſecundo ſubintelligi vult, Verène ita eſt? vel, Oportuitne, ſiue oportet?

Antecedit infinitum interim nominatiuus pro præterito imperfecto. Cicero in Verrem, Curſare iſte homo potens cum filio blando, & gratioſo circum tribus. Id eſt, curſabat: vt, Venari, pro venabatur. Nam Oratoribus, etiam ſi rarus, eius rei nonnullus tamen vſus eſt.

DIVERSI CASVS EIdem additi verbo.

APPENDIX III.

Nihil vetat quominus eidē verbo diuerſi caſus apponātur diuerſæ rationis.

Dedit mihi vestem hanc pignori, te præsente, propria manu.

Nam VESTEM additur tanquam transitiuo, MIHI tanquam acquisitiuo.

Pignori, ex eorum est forma, quæ resoluuntur per Ad, vel In præpositionem: id est in pignus.

Te præsente, ablatiuus est absolutus.

Manu, instrumentalis.

Dedit mihi vestē hanc pignori, te præsente, propria manu. Ha me dado esta vestidura en prendas, de su mismo mano, delante de vos.

GERVNDIA.

Gerundia omnia eosdem ferme casus admittunt post se, quos habent verba à quibus deducuntur.

Ad discendum literas.

Ad seruiendum tibi.

Ad fruendum amico.

Ad discendum literas. A aprender letras.

Ad seruiendum tibi. Por te seruir.

Ad fruendum amico. Por gozar del amigo.

Nullus

Nullus tamen caſus præcedit, nec ſequitur, niſi in actiua ſignificatione. Quintilianus, Sed memoria excolendo, ſicut omnia alia, augetur. Id eſt, dum excolitur. La memoria eſtudiando ſe augmenta.

IN DI.

Gerundia in di, ante ſe habent hæc nomina, gratia, cauſa, prætextu, occaſione, titulo, otium, facultas, licentia, ars, aut ſimile nomen ſubſtantiuum.

Veni huc cauſa viſendi te.

Non erat copia conueniendi hominem.

Ars dicendi.

Veni huc cauſa viſendi te. Soy venido por te ver.

Cicero de Diuinatione libro ſecundo, *Sed in rebus tam ſeueris non eſt iocandi locus*, En coſas de tanta importancia no ſe cumple burlar.

Non erat copia conueniendi hominem. No auia lugar de hablar le.

Terentius in Eunucho,

-quid tum poſteà?

Nihil eſt. quid nihil? ſi non tangendi copia eſt,

Eho, ne videndi quidem erit?

Quintilianus *libro ſecundo, Ars erit, qua diſciplina percipi debet: ea eſt bene dicendi ſcientia.*

Idem, Ars dicendi, rethorice eſt.

Hîc puer admonendus mihi eſt illius phraſeos.

Cic. de Diuinatione, *Dolebas tantũ Stoicos noſtros*

Epicu-

Epicureis irridendi sui facultatē dedisse. pro eo quod est, irridendi se. Plautus, Nominandi istorum tibi magis erit, quàm edundi copia hîc apud me. In quibus est genitiuus pro casu verbi.

Nonnunquam præcedit adiectiuum.

Cupidus visendi te.

Gnarus bellandi.

Certus eundi.

Imperitus nauigandi.

Peritus medicandi.

Cupidus visendi te. Desseoso de verte.

Terentius in Hecyra, Háccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?

Gnarus bellandi, Experto en cosas de guerra.

Certus eundi, Deliberado de ir.

Imperitus nauigandi. Que no sabe nauegar.

Peritus medicandi, Que tiene la experiencia de medicina.

IN DVM.

Gerundijs in dum, præponitur præpositio Ad, vel Inter.

Ad colloquendum tecum.

Inter cœnandum hoc mihi venit in mentem.

Reperitur &, Ante domandum.

Accusa-

Accuſatiuus gerundij iungitur frequẽter cum Ad, *rarò tamen cum* In. *Item frequenter cum* Ob, Propter, *&* Inter, *rarò cum* Ante.

Cicero, Hic *autem locus ad agendum ampliſsimus, ad dicendum ornatiſsimus eſt viſus.*

Ad *colloquendum tecum.* Por hablar contigo.

Inter cœnandum hoc mihi venit in mentem. En cenando me vino ala fantaſia.

Cicero quarto Verr. A quo pecuniam ob abſoluendum acceperis.

Virgilius, -nanque ante domandum,
Ingentes tollent animos. Antes que ſean ſojuzgados.

Cùm ſignificamus neceſsitatem, ſine præpoſitione vſurpãtur, addito ſubſtãtiuo verbo.

Vigilandum eſt ei, qui cupiat vincere.

Neceßitatis formula eſt: Vigilandum eſt ei, qui cupiat vincere. El que deſſea ſer vençedor, deue ſer vigilante.

IN DO.

Gerundia in do, pendent à præpoſitione In, vel Ab, ſiue dictione quæ requirit ablatiuum: vt,

In conſultando locus eſt eloquentiæ.

In pugnando viribus eſt opus.

Reuer=

Reuersus à venando, siue à venatu.
Tacendo refellis: id est, tacens refellis.
Scribendo disces scribere.
Romanus sedendo vincit.

In consultando locus est eloquentiæ. En consultando lugar se da a eloquencia.

In pugnando viribus est opus. En peleando cumple ser fuerte.

Cicero pro Milone, Huius interfector si esset in confitendo.

Reuersus à venando, siue à venatu, similia solœcismo, si Vallæ credimus. Cauendum est enim, inquit, ne verbum significet motum: quale esset, Reuertor ab arando, vel ab arando aruo. cùm sit dicendum, Reuertor ab aratione.

Cicero tamen de claris Oratoribus, Tum Brutus, Quàm hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes ferè Stoici prudentißimi in disserendo sint, & id arte faciant, sintq; architecti penè verborum: ijdem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiantur.

Cicero, In quo isti nos Iurisconsulti impediunt, à discendoq; deterrent. Destoruan nos de aprender.

Tacendo refellis. Callando te le refutas.

Scribendo disces scribere. Hoc est, quod dici solet, *Fabricando fabri fiunt.*

Marcus Varro lib.1. de re Rust. cap.2. Vultis igitur interea vetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo

dendo vincit, usurpemus, dum iste uenit? Los Romanos esperando vencieron. Ex historia Fabij Cunctatoris, qui unus nobis cunctando restituit rem.

Plautus in Aulularia, Heu senex, pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam, Demandar te he soldada, por auer de palos.

Non omittenda phrasis illa, Soluendo sum tibi. Soy bastante a te pagar. Quae secum (quod Vallae pace dixerim) substantiuum patitur. Liuius, Si respub. soluendo aeri alieno non esset. Si la ciudad no pudiesse pagar lo que deue. Quae oratio declarat datiui esse casus. Laurētius, ita me Dij amēt, ut dicebat Budaeus, religione nimia stylum eloquentiae alligauit, seuerus sermonis exactor: quem tamen puer exosculabitur, circunferet, in sinu gestabit.

GERVNDIA NOMINA.

Vertuntur gerundia in nomina adiectiua: vt,

Causa visendi te: & , Causa visendi tui.

Ad discendum literas: & Ad discendas literas.

Legendo libros doctus euades: & Legendis libris doctus euades.

Gerundium, ut uocant, gerundiuo cōmutatur, Causa uisendi te: et causa uisendi tui, Por causa de te ver.

Cicero Officiorum secundo, Cùm igitur opus esset ad eam rem constituendam pecunia, Dicere potuisset, ad eam

ad eam rem constituendum: sed formula prior, decoris gratia assumitur.

Legendo libros doctus euades. Leyendo los libros te haras docto. *Quam orationem sic variabis, Legendis libris doctus euades: vt Cicero fecit Officiorum primo, Orationem autem Latinā efficies profectò legendis nostris pleniorem.*

SVPINA IN TVM.

Prima supina sequuntur verba significantia motum ad locum: vt, Abijt piscatum: id est, ad piscandum.

Admittunt post se eosdem casus, quos verba ipsorum.

Abijt piscatum. Fuese a pescar. *Id est, ad piscandum. Alterum enim alteri non dißimile est: nisi quòd gerūdium promiscuè verbis omnibus additur, præpositione intercedente. Terentius in Andria, Nec hæc quidem satis vehemens causa ad obiurgandum. Quintilianus libro octauo, Sed ad vtendum nihil refert. Terentius, Cur te is perditum?* Porque te vas a perder? *Id est, Cur is ad perdendum te? siue Cur is te perditura? quæ ipsa est supini prioris varietas.*

In illis, Do venum, Do nuptum, latens subest motus, quæ ipsa infinitum non repudiant. Terētius in Andria, Pòst deinde, quod iußi, ei date bibere. vt intelligas quædam ancipitem vsum habere.

Abso-

ABSOLVTE POSITA.

Ponuntur & absolutè cum verbo Est.

Pugnatum est.

Actum est.

Dormitum est.

Cessatum est satis.

Impersonale præteriti circuitionem mutuatur à supino priore, & verbo Est.

Pugnatum est. Dio se la batalla.

Terentius, Actũ est, si quidem hæc vera prædicat. Perdido soy.

Dormitum est. Dormido se ha.

Terentius in Adelphis, Cessatum vsque adhuc est: nunc iam porrò expergiscere Aeschine. Tardado has hasta aqui, agora seas diligente. *Siquid hactenus cessatum est, pòst diligentia sarcietur.* Si se ha perdido de tiempo hasta aqui, cobrarse ha despues con diligencia.

Asinius Pollio Ciceroni, Posteaquã itũ est ad arma.

Cicero pro Quintio, Ventum est ad me. Venidos son a mi.

Quintilianus libr.12. Ventum est ad partem operis destinati longè difficillimam. Quæ periphrases ex participio (licet id velit Nebrissensis) non fiunt.

His vix vnquam casus apponitur. Cicero ad Lentulum, Bibulo de tribus legatis assensum est. hîc absolutè non ponitur.

SVPINA IN TV.

Supina in tu paßiuæ significationis ferme sunt.

Adhærent nominibus adiectiuis: vt,

Turpe dictu.

Mirabile visu.

Difficile creditu.

Procliue factu: id est, ad faciendum:

Supinū posterius nominibus adiectiuis, aut substantiuis eorum vice fungentibus, apponi gaudet, vtrinque absolutè. Cicero de Senectute, *Quia profectò videtis nefas esse dictu, miserabilem fuisse talem senectutem.* Cosa indigna de ser dicha.

Turpe dictu: puta vt dicatur. Cosa fea de dezir.

Mirabile visu. Cosa marauillosa de ver. *Id est, vt videatur.*

Difficile creditu: vt credatur. Difficil de creer.

Terentius in Hecyra, Sed non facile est expurgatu. No es facil de se excusar.

Procliue factu. Facil a hazer: *scilicet vt fiat. Nam supina in u, paßiuè semper efferuntur. Quo fit vt ab actiuis verbis, atque paßiua significatione carentibus, nunquam exoriantur. Supinum autem prius nō actiuè solum, sed paßiuè etiam legitur, vt in futuri paßiui verbi circuitione.*

Terentius, Qui postquam audierat filio suo non datum

tum iri vxorem. pro eo quod est, Quod vxor nõ daretur filio suo.

Cicero in Verrem, actione septima, Qui sciebat tibi crimini datum iri.

Nam in his, Surgit cubitu, Redit venatu, nomina potiùs censenda sunt quàm supina.

Supinum in u, verbis è loco nõ datur. Quare dices, Venio à lectione: non, Venio lectu.

Illa autem nomina potiùs censenda sunt.

Cato de re Rust. Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. De villico.

Plautus in Menæh. Obsonatu redeo. Vẽgo de mercar viandas.

Statius, Quem nunc venatu rediturum in limine primo. Quod durum est, pro à venatione.

Noli lector hîc nostram operam desyderare, quòd cùm in quæstionẽ veniat, cui parti orationis gerundia supináve aßignentur, meã sententiam nõ interposuerim: qua in re vtere tuo iudicio, modò memineris apprimè tum hîc, tum alibi vtile esse, Nequid nimis. De me autem affirmare possum, me dialogo ludentẽ meis, Bernardo Audiberto, Pet. Syluio, G. Cabrollo, alijsq;, in quibus, non vt in herbis fallacibus, literarum fructus apparet, omni officio satisfecisse.

DE PARTICIPIIS.



Articipia sequuntur constructionem verborum à quibus deriuantur.

Donaturus tibi vestem.

Donaturus te veste.

Consulens tibi.

Fruiturus tè.

Diligendus ab omnibus.

Quanquam in his vsitatior est datiuus.

Diligendus omnibus.

A posteriori scilicet.

Donaturus te veste: &, *Donaturus te vestem.* Que te dara vna vestidura, *in vsum recepta sunt: vt, Dono te veste:* &, *Dono tibi vestem.*

Sic, Consulens tibi. El que te conseja. *vt, Consulo tibi.*

Fruiturus te. Que se gozara de ti. *vt, Fruor te.*

Et, *Diligendus ab omnibus: vt, Diligor ab omnibus.* Que sera amado de todos. *Vbi datiuus est vsitatior: vt, Diligendus omnibus: pro, ab omnibus.*

Cicc. 4. *in Verrem, Siue cuiquã ordini, siue aratorum, siue pecuariorum, siue mercatorum probatus sit. Ordini, pro ab ordine.* Si es admitido por maestro.

Teren-

Terentius in Andria, Reſtat Chremes, *qui mihi exorandus eſt*. Reſta hazer por ruegos que Chremes y conſienta. *puta vt exoretur. Nam ſi ad hunc modũ ſoluatur*, Qui debet exorari. Que ſe ha de hazer q̃ otorgue: *nominis vim ſeruat, non participij. Si autem qui exoratur (quanquam hæc hîc dura eſt interpretatio) temporis præſentis participium eſſe contenderim*. Quale illud Ciceronis de Senectute, Nec ſepulchra *legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. his enim legendis redeo in memoriam mortuorũ. Id eſt, dum leguntur. & eò, inuitis grammaticorum centurijs, præſens paßiuum participium eſt, more Græcorum.*

PARTICIPIA facta nomina.

Cùm tranſeunt in naturam nominum, genitiuum poſtulant: vt,

Amans vini.

Fugitans litium.

Cupiens tui.

Sitiens auri.

Peritus belli.

Amãs vini. Amador de vino. *Seneca, Amantes tui ama.* Ama a los que te aman.

Terentius in Phormione, Herus liberalis eſt, & fugitans litium. Que huye de pleytos.

Idem in Hecyra, Nam nemo ad te venit, nisi cupiens tui. Desseoso de vos.

Sitiens auri. Auaricioso del oro.

Gellius libro 12. capitulo tertio, Pecuniæ sitientem. Codicioso de dinero.

Patiens laboris Que puede sufrir trabajo. *Quintilianus libr. 2. Salust. Catilina patiens inediæ, algoris.* Que sufre bien la hambre y el frio.

Peritus belli. Sabio en cosas de guerra.

Quintilianus lib. 12. Quid si fortè peritus ille iuris non aderit. Docto en cosas de derecho.

Et sine casu: vt,

Vir potens, eloquens.

Terentius in Adelphis, Quàm estis maximè potentes. Poderosos.

Eloquens. Eloquente. *Quintilianus lib. 8.*

Cicero libro tertio Offic. Qui vinum fugiens vendat sciens. Vino de poca guarda.

Tunc & comparationẽ accipiunt more nominum in us, vel in tus desinentia.

Cupientior famæ, quàm auri.

Cupientißimus tui.

Nulli desideratior, quàm mihi.

Desideratißimus patriæ.

Cupientior famæ, quàm auri. Ambicioso de fama mas que de dinero.

Cupien-

Cupientißimus tui. Que te ama mucho, desseoso de ti.

Nulli desideratior, quàm mihi. Yo lo desseo mas que todos.

Desideratißimus patriæ. Muy desseado en su tierra.

PARTICIPIA FACTA *nomina compositione.*

Quæ compositione fiunt nomina, genitiuum asciscunt.

Indoctus pilæ.

Inexpertus belli.

Quanquam & horum simplicia simili modo vsurpantur.

Horatius in Arte, Indoctúsve pilæ, discive, trochive quiescit. Que no sabe jugar ala pelota, ni al tejo, ni al trompo.

Inexpertus belli. Que no es exercitado en batalla. *Contrà Virgilius, Expertos, ait, belli iuuenes.*

DE NOMINIBVS *Verbalibus.*

Omnia ferè verbalia genitiuum admittunt, qui verbis erat accusatiuus: vt, Colo agrum.

Cultor, Cultrix agri, Cultura agri.

Bibo vinum.

Bibax vini.

Cupio laudem.

Cupidus laudis.

Cultor *agri.* Labrador de tierra. Cicer. pro Cneo Planco, *Qui sancti, qui religionũ colentes.* Que guardan las cosas de la religion.

Bibax *vini.* Buen beuedor: *vt,* Bibo *vinum.*

Cupidus *laudis.* Codicioso de alabança. *Ouid. Cupidus studiorum quisq; suorum.*

Plinius, *Natura hominum est nouitatis auida.* La naturaleza de los hombres es desseosa de cosas nueuas.

Auidus *cibi.* Desseoso de comer. Teren. in Eunu. *Nam Auere pro Cupere, est & oratoribus vsurpatum.* Cice. Offic. 1. *Auemus aliquid audire & dicere.*

Item quæ sunt affinia his: vt,

Auarus laudis.

Ignarus omnium.

Studiosus tũi.

Securus amorum.

Auarus laudis, Codicioso de loor.

Horatius in Arte, *Præter laudem nullius auaris.*

Quintilianus libro 12. *Neque ego sum nostri moris ignarus.* Yo se bien nuestra costumbre.

Ignarus

Ignarus omnium. No ſabe nada.

Delitiarum ignarus. Ignorante de deleytes: *Vegetio.*

Cicero Cecinnæ, Viri ſunt optimi, & tui ſtudioſi, & mei neceſſarij. Que te aman mucho.

Virgilius, -ſecurus amorum Germanæ. Seguro de los amores de ſu hermana.

IN BILIS.

Verbalia in bilis accepta paßiuè, datiuo gaudent, vt participia in dus.

Flebilis, Formidabilis omnibus: id eſt, flendus, formidandus omnibus.

Horatius libro Carm. Multis ille quidem flebilis occidit. Digno de ſer llorado de muchos.

Nulli flebilior quàm mihi. No ay a quien duela mas que a mi.

Omnibus formidabilis Gallica ſcabies. El mal frances deue ſer temido de todos.

Liuius, Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat. Pedernal impenetrable reſiſte al hierro.

GENITIVVS

Additus nomini.



Omina ſubſtantiua quæ ſignificant rẽ poſſeſſam, menſuram, ſiue numerum, aut relationem

ad aliquid, genitiuum exigunt: Vt,
Arma Achillis.
Cyathus vini.
Modius tritici.
Vlna panni.
Vncia auri.
Duo millia peditum.
Iugum aquilarum.
Mille nummûm.
Par calceamentorum.
Tres decades quæstionum.
Comes Vlyßis.
Vxor Petri.
Amicus patris.
Princeps patriæ.

Rem poſſeſſam.

Arma Achillis. Las armas de Achilles.
Veſtis Petri, Veſtidura de Pedro.
Brachialia Iohannæ. Mangas de Iohanna.

Menſuram.

Cyathus vini, Vn ſorbo de vino.
Hemina vini, Vn quartillo, dos taças.
Sextarius vini, Media açumbre. *Affer eiuſdem vini*

ſextarios

sextarios duos, Trahe del mismo vino vna açumbre.

Modius tritici, Vna hanega.

Lagena aquæ, Cantaro o barril de agua.

Vlna panni, Braçada, o barra de paño.

Numerum.

Vncia auri, Vna onça de oro. *quæ olim quatuor ferè nostris ducatis respondebat.*

Mina argenti, Diez ducados. *Terentio.*

Duo millia peditum, Dos mil soldados.

Iugum aquilarum, Vna yunta de aguilas.

Mille nummum, Veynte cinco ducados.

Par calceamentorum, Vn par de çapatos.

Par chirothecarum, Vn par de guantes.

Tres decades quæstionum, Tres dezenas de questiones.

Comes Vlyßis, Compañero de Vlysses.

Vxor Petri, La muger de Pedro.

Amicus patris mei, Amigo de mi padre.

Vertitur hic genitiuus aliquoties in datiuum, accedente verbo Est: vt, Hic est tibi pater. Huic socer. Illi consul.

Hic est mihi pater. Este es mi padre.

Terentius in Eunucho, Samia mihi mater fuit.

Cicero ad Octauium, Sit errāti medicina confeßio.

Huic socer est, Es su suegro.

Dic etiam cum Terentio, Huius vxoris est mater,

Esla

Es la madre de su muger, suegra.

ATTRIBVTIVA.

Cùm significatur aliquid inesse, siue adesse cuipiam, quod ad laudem, seu vituperiũ pertinet, trifariàm efferimus:
Puer bonæ indolis.
Puer bona indole.
Puer bonus indole:
Et indolem, poëticè.
Vir maximi nasi.
Vir maximo naso.
Vir maximus naso:
Et nasum poëticè.

Quadrifariàm aliquid tribuimus:
Vir admirandæ doctrinæ.
Vir admiranda doctrina. Vn varon de gran saber.
Vir admirandus doctrina.
Vir admirandus doctrinam.

Sic, Puer bonæ indolis, &c. Mochacho de buena criança.

Sed refert inquantum dictæ formulæ oratorem sequantur. Nam vt, Vir admiranda doctrina: &, Vir admirandæ doctrinæ, orator dicit: ita, Vir admirandus doctrina, & Vir admirandus doctrinam, planè licentius, quàm vt ille recipiat.

Suetonius

Suetonius, Cibi minimi erat. No era gran comedor.

Vir multi ioci. Hombre de mucho passatiempo. *Ex Cicerone. Idem ad Octauium, Marcus Antonius, vir animi maximi, vtinam etiam sapientis consilij fuisset.* Hombre de gran coraçon.

Idem de Senectute, Quàm fuit imbecillis P. Africani filius is, qui te adoptauit, quàm tenui aut nulla potius valetudine. Mal sano.

Sic, Vir nullis literis. Hombre de ningun saber.

Docti omnes re sunt tenui. Hombres de letras tienen poco dinero.

Vir obscuro genere. De baxa mano. *Hoc postremum genus frequentissimum est, vt illud rarissimum,*

Virgilius, Oculos suffusa nitentes.

Tacitus de fœminis, Nudæ brachia et lacertos. nam & hoc historiæ seruit.

Sallust. Antonius pedibus æger, in prælio adesse nequibat. Cicero & Quintilianus dixissent, pedibus ægris.

SPECIES ET GENVS.

Species subijcitur generi in genitiuo, siue in eodem casu per appositionem.

Nomen Catonis in te non quadrat.

Crimen læsæ maiestatis.

Cùm essemus in terra Italiæ, siue Italia.

In vrbe Romæ, siue Roma.

Nomen Catonis in te non quadrat. El nombre de Caton no te conuiene.

Plautus in Amphit. Nomen Mercurij est mihi.

Tranquillus in Claudio, Crimen maiestatis apud iudices motum. Crimen de lesa majestad.

Cùm essemus in terra Italiæ, siue Italia. Como estuuiessemos en tierra de Italia.

In vrbe Romæ, siue Roma.

Cicero libro 5. ad Atticum, In oppido Antiochiæ.

Virgilius Aeneidos primo, Hîc tamẽ ille vrbem Patavi, sedesq; locauit Teucrorum.

Cicc. pro Planco, Arborem fici nunquàm vidisset. Sed casus similitudo vsitatior est.

SVBSTANTIVE POSITA.

Quædam adiectiua substantiuè posita, genitiuum admittunt: vt,

Multum lucri.

Paulum pecuniæ.

Quid habes negotij?

Quantum habebis pecuniæ, tantundem habebis fidei.

Plurimum vini.

Minimum aquæ.

Item pronomina quædam:

Hoc negotij.

Id ope-

Id operis.

Quid illud mali?

Multum lucri, Mucha ganancia.

Terentius in Heaut. Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet. No ſabe, que vn dinero le coſtara ciento.

Paulum pecuniæ. Vn poco de dinero.

Quid habes negotij? Que negocio tienes?

Plautus, Neque habet plus ſapientiæ, quàm lapis, No tiene mas de ſaber que vna piedra.

Terentius in Andria, Intereà aliquid acciderit noui. Entre tanto ſe hara algo de nueuo.

Iuuenalis, Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat In arca, Tantum habet & fidei. Quanto el hombre es mas rico, tanto mas tiene de credito.

Terentius in Phormione, Quid mihi lucri eſt te fallere? Que ganare yo en te engañar.

Plurimum vini, Gran quantidad de vino.

Minimum aquæ, Poca de agua.

Terentius in Andria, Nihil preci loci eſt relictum. No ſe haze nada por ruegos.

Ibidẽ, Nihil pol falſi dixi. No he dicho coſa falſa.

Cicero, Tibi autem idem conſilij do, Yo te doy el miſmo conſejo. *Sed hanc conſtructionem ſuo loco tractabimus.*

APPOSITIO.

In ſumma, quoties ſubſtantiuum quacunq; ratione refertur ad alterũ ſubſtãtiuum,

tiuum, additur in genitiuo, nisi addatur appositiuè.

Nam tum satis est si concordet in casu, etiam si numero et genere dißideat.

Abstulisti Maronem, meas delitias.

Virgilius in Alexide,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,

Delitias domini.

Sic, Abstulisti Maronem, meas delitias. Has me quitado Vergilio mis deleytes.

DE ADIECTIVIS.
& Substantiuis.

Adiectiua nomina, Participia, Pronomina concordant cum suis substantiuis in numero, genere, & casu: vt,

Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt.

Istã fortunã tui mores promeruerũt.

Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt. De malas costumbres han nascido las buenas leyes. Nã *legibus ferundis nihil opus esset, nisi perperàm viueretur.* Ex Macrobio *lib.3. Saturnalium.*

Istam fortunam tui mores promeruerunt. Tus virtudes han bien merecido esta fortuna. *Cicero pro Murena, Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem,*

dinem, aut promerendi, aut proferendi beneficij locũ.

ADIVNCTIO.

Cùm plura substantiua diuersi etiã numeri ac generis ad vnum adiectiuum referuntur, his fermè modis efferri solent:

Gloria non est expetenda, neque diuitiæ: vt in medio ponas, ad quod referuntur partes.

Non est expetenda gloria, neque diuitiæ: vt præponatur.

Gloria & diuitiæ non sunt expetẽdæ: vt postpositum conueniat cùm proximo.

Aliquando ad vnum adiectiuum plura substantiua respondent. Fit autem trifariàm: aut cùm præponitur, aut cùm sequitur, aut cùm interponitur: vt,

Gloria non est expetenda, neq; diuitiæ.

Non est expetenda gloria, neq; diuitiæ.

Gloria & diuitiæ non sunt expetendæ. No deuemos deslear gloria ni riquezas. *In quibus adiectiuum proximioris substantiui casum, genus, numerum sequi solet.*

Gloria, diuitiæ, genus, non sunt expetenda: vt subaudias ista, idque neutro genere.

Si adiectiuum vtriq; substantiuorum sigillatim non seruit, sed duobus vnius loco respondet: ipsum numeri pluralis, atq; generis neutrius erit. Cornelius Tacitus, Vinolentiam, ac libidines grata vsurpans.

Sic, Gloria, diuitiæ, genus, non sunt expetenda. Gloria, riquezas, y linaje no se deuen codiciar.

Ad hunc modum relatiuum se habet. Cicero, *Eadem mente comprehendimus colorem, saporem, odorẽ, somnum, quæ nunquàm animus cognoscet.*

RELATIVA.

Relatiuum Qui, conuenit cum antecedente in numero & genere.

Placuerunt literæ, quas ad me dedisti.

Nisi figuratè loquamur:

Quas ad me dedisti literas, magnopere placuerunt.

Terent. in Andr. *Id sibi negotij credidit solùm dari: Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.*

Vbi placet nominatiuum subaudiri, vt fabulæ placerent, quas fecisset.

Huc pertinent illa, Is, ille, idem, ipse. Nam cætera sequentis substantiui casum, genus, numerum sequuntur, vt Suus sui: siue diuersitatis, Alius, alter, reliquus, cætera, cæterum: siue accidentis, Qualis, quantus, quot, quotus. Ouidius, *-intra Fortunam debet quisq; manere suam. Vbi antecedentis Quisq; homo, ac relatiui Suam genus dißimile est.*

Cicero

Cicero de Finibus 5. Sed est forma eius disciplinæ, sicut ferè cæterarum. vbi antecedētis Disciplinæ, & relatiui Cæterarum dißimilis est numerus.

Cice. pro Cor. Bal. Quæ sunt igitur meæ partes? authoritatis tantæ, quantam vos in me esse voluistis: vsus mediocris: ingenij minimè voluntati paris.

COMPARATIVA.

Comparatiua & superlatiua genitiuū exigunt: vt,
Sum minor fratrum: de duobus.
Sum minimus fratrum: de pluribus.
Et tum exponuntur per Inter.
Inter fratres: vel, ex fratribus.

Ad vnum sui generis comparatiuo, ad plures superlatiuo vtimur cum genitiuo: vt, Sum minor fratrū. De dos hermanos yo soy el menor.

Sum minimus fratrum. Soy el mas pequeño de todos mis hermanos. Hîc de pluribus, illic de duobus fit sermo. Horat. in Arte, O maior iuuenū. ad duos enim Pisones, patrem & filium scribebat.

Eiusdem autē generis dicimus, cum sic soluitur oratio, Dexter pedum velocior: nempe vnus ex pedibus. Digitorum longißimus est medius: scilicet qui vnus ex digitis est.

Quod obsoniorum suauißimum fuit? Qual vianda fue de mejor gusto?

Vter leporum est suauior? El qual de dos liebres es mejor?

Nam comparatiua, cùm exponuntur per quàm, ablatiuum asciscunt.

Præstantior te.

Eloquentior omnibus, præterquàm Cicerone: id est, quàm Cicero.

Ad vnum pluresve diuersi generis comparatiuo ablatiuum damus.

Cice. ad Octauiũ, Quæ non posterior dies acerbior priore? & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Romano illuxit? Las cosas delos Romanos van siempre de mal en peor.

Lupo edacior. Come mas que vn lobo.

Arenis sitientior. Beue mas que arena.

Mineruâ doctior. Mas docto q̃ el q̃ le amostro.

Græcis vanior. Rey de los mentirosos.

Cicero reliquis omnibus eloquentior. Quas formulas præstaret pueris proponere, quàm illa; quæ in scholis prouerbia, cùm nec vllã prouerbij faciem habeant, vocantur.

Quòd si comparatiuum sequitur Quàm, proximus casus similis præcedenti erit. Cicer. 1. Offi. Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo.

Auidior voluptatum, quàm pecuniæ. Mas codicioso de plazeres, que de dinero.

Paulò venustior est Gellius, quàm Macrobius.

Idem reddimus circuitione per aduerbia Magis & Minus.

Minus. Minus appetens laudis, quàm pecuniæ. Menos ama la honrra que el dinero.

Huic finitimum Potius & non Perinde: vt, Nõ perinde auidus pecuniæ, quàm voluptatum.

Neq; huius quidem puer faciat diuisionum myriades, quibus ferè præter rem, infirma puerorum ingenia ille onerauit.

Additur & alter ablatiuus, significans modum excessus.

Est maior te quatuor annis.

Digito lato te procerior.

Multo potior.

Comparatiua alterum ablatiuum non recusant, in quo sit auxesis.

Est te maior quatuor annis. Es mayor que tu de quatro años.

Digito lato te procerior. Mas alto que tu de vn dedo.

Infinitis partibus venustior. Sin cõparacion mas hermoso y gracioso.

Multo potior. Mucho mejor.

Multis partibus præstãtior. Mucho mas excelẽte.

Nimio doctior. Mucho mas docto.

Longè melior. Muy mejor.

His omnibus accrescit comparatiui virtus: illis autem eleuatur.

Paulo doctior. Poco mas docto.

Nihilo ditior eris. Tu de nada seras mas rico.

Ne tantillo quidem melior eris, ſi diues fueris. Por ſer rico, tu no mejoraras de vn pelo.

Multò & longè apponuntur & ſuperlatiuis.

Multò omnium potiſsimus.

Longè peſsimus omnium.

Superlatiuus amplificatur iiſdem aduerbijs, quibus comparatiuus, Longè, multò. Quintil. lib. 2. Ratio declamandi, vt eſt in omnibus nouiſsimè inuenta, ita & multò eſt vtiliſsima. Muy vtil. *Terent. in* Eunucho, *Is quæſtus nunc eſt multò vberrimus.* Grandiſsima ganancia. *Idem, Longè omnium, quos quidem mihi audire contigit, præſtantiſsimus.* Excelentiſsimo ſobre todos quantos jamas he oydo. *His accedit* Facilè. Cicero pro *Rabirio, Vnum totius Græciæ facilè doctiſsimum. Id eſt, non dubiè,* Sin duda el mas docto de toda la Grecia. *Hactenus hæc in* V*allæ lectionem velut viam præſtent.*

DISTRIBVTIVA & partitiua.

Item, Nomina partitiua, aut partitiuè poſita, velut Quiſq;, Quiſquis, Quicũq;, Quidam, Quis interrogatiuum, & Quis pro aliquis, Aliquis, Vterque, Neuter, Vteruis, Vtercunque, Nemo, Nullus, Solus,

Solus, Vnus, Medius.
Quisq; huius nationis.
Vnumquodq; animantium.
Prouocat vnumquemlibet vestrûm.
Vtrum horum mauis, accipe.

Partitiua, quorum hîc sylua est, genitiuum petunt numeri pluralis, aut singularis nominis collectiui.

Quisq; huius nationis. Cada vno desta nacion. Terent. in And. An quisquã gẽtium est æquè miser vt ego? Vnumquodq; animantium. Cada vn animal.

Prouocat vnumquemlibet vestrûm. Desafia a qual quier de vosotros.

Vtrum horum mauis, accipe. De estos dos toma el que quisieres.

Terentius in Andria, Mitte orare: vna harum quæuis causa me, vt faciam, monet.

Hîc iusto breuior essem, nisi primo Copiæ Erasmi de his vocibus extaret caput, non minus doctũ, quàm elegans.

Exponuntur per Inter., vel Ex.
Vnus omnium: id est, solus omnium.
Medius duorum: id est, inter duos.
Et, Dimidium animæ.

Vnus omnium. Id est, solus inter omnes. Cice. in Lælio, Quẽ vnũ nostræ ciuitatis, & ingenio & industria præstantissimum audeo dicere. Yo oso dezir q̃ es en

ingenio y industria el vno de los mas excelentes dessa ciudad.

Medius duorum. El que esta en medio de dos.

Animæ dimidium. Al qual yo amo como a mi mismo.

Cicero primo Officiorum, Quorum vterq; suo studio delectatus, contempsit alterum. Pro eo quod est, ex quibus.

Item Alter, Alius, & his æquipollentia pronomina, Hic & Ille, & aduerbiũ Partim.

Cicero Offic.1. Quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. hîc alter & altera partes totius, scilicet Quorũ sigillatim sumis. Vnde Partitiua appellantur, quòd pars à toto seducatur.

Cice. lib. 2. de Oratore, Sed eorũ partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Quæ particula nunquàm non geminata legitur: sed cum genitiuo, pro Aliqui vetuste, authore Gellio lib. 10. cap. 13.

APPENDIX I.

Quanquam in his genitiuus significans totum, in alium casum sæpe vertitur. Quis hominũ vidit? et, Quis homo vidit? Neuter Catonum. Et, Neuter Cato.

Animantium, vel animãtia, alia sunt volatilia, alia reptilia.

Terent.

Terent.in Phorm. *Quis homo est?* Que hombre es?

Cic.pro Corne.Balb. *Quis nostrum est, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia commẽdatior?*

Et, *Quis hominum vidit?* Quien lo ha visto?

Animantium, vel animantia, alia sunt volatilia, alia reptilia. De los animales los vnos volan, los otros van el vientre contra tierra.

APPENDIX II.

Ad hanc formam pertinent, Quotus, Quotusquisque, ordinem significantia numeralia.

Quotus eras conuiuarum, seu conuiua? Quintus regum Romanorum: id est, inter reges. Sapientum octauus.

Quanquam in hoc postremo non tam ordinem significat, quàm numerũ simpliciter. vt in illo,

Dic quotus esse velis.

Terentius, *Qui esse primos se omniũ rerum volũt.*

Cic. in Tuscul. *Quotus enim quisq; philosophorũ.*

Quotus eras conuiuarũ, aut conuiua? Quantos erades al combite?

Quintus regum Romanorum. El quinto Rey de los Romanos.

Horat. in Serm. *Sapiẽtum octauus,* Que se ayunta

al numero de los siete sabios. *nempe qui sibi multum tribuat in sapiẽtia. Quotus pro quot. Mart. Dic quotus, & quanti cupias cœnare?* Di me quantos soys, y quanto quieres despender de cena.

DATIVVS POST NOMEN COMMODI, AVT INcommodi.

Adiectiua quæ cõmodum aut incommodum significant, aut relationem ad aliquid, datiuum exigunt: vt, Rem tibi permolestam, mihi iucundam, tibi perniciosam, mihi salutarem.

Plaut. in Epid. Volo te verbis pauculis, si tibi molestum non est. Si no tomays enojo, os querria dezir dos palabras. *Cic. pro Archia, Erat tẽporibus illis iucũdus Q. Metello illi Numidico, et eius Pio filio. Vulgo diceretur placens.*

Hæc res mihi iucunda est. Esta cosa me plaze.

Tibi perniciosa. A ti dañosa.

Mihi salutaris, A mi prouechosa.

Cicero pro Milone, Nec nobis tam salutarem hanc in iudicando literam, quàm illam tristem dedisset. Mas antes nos vuiera condemnado que delibrado. *Vide Bud. in Pandectas., A, salutaris, C, litera tristis: nempe condemnationis nota. Idem in Lælio, Vtrique nostrûm admodum gratum feceris.* Hareys gran plazer a nos dos.

Relatiua.

RELATIVA.

Aptus, Accommodus, Idoneus, Vtilis: Inutilis bello, siue ad bellum.
Natus gloriæ, & ad gloriam.
Obnoxius illi.
Amicus huic, & huius.
Similis, Dißimilis huic, & huius.
Diuersus huic, vel ab hoc: Affinis, cognatus huic, vel huius.

Nam cùm huiusmodi substantiuè capiuntur, genitiuo magis gaudent.

Cicero pro lege Manilia, *Quum ad omnia vestræ memoriæ bella conficienda, diuino quodam consilio natus esse videatur*. Parece ser nascido para este hecho, al'qual es tan propitio.

Ibidem, *Qui se patriæ, qui ciuibus suis., qui laudi, qui gloriæ, non somno, non conuiuijs, non delectationi natos arbitrantur*, Que piensan ser nascidos para aprouechar a su tierra, y para ganar honrra, no para dormir, ni tomar sus deleytes.

Plautus in Pœn. *Mihi est obnoxius*. Es bien tenido a mi.

Terent. *Amicus nobis iam inde à puero*, De niñeza es nuestro amigo.

Idem in Phormione, *Solus est homo amico amicus*. El es amigo solamente del que le es amigo.

Idem in Adelphis, *Similis est maiorum suûm*. Semejante a sus antepassados.

Cicero lib.5.de finibus, *Non video cur non potuerit patri similis esse filius*. Idem, *Non alienus à Scæuolæ studijs*. Haze como Sceuola.

Item. *Aliena orationi nostræ*. Contraria a nuestra opinion.

Affinis sceleris. Participante en el maleficio.

Terent.in Adelphis, *Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis*. Quintil.lib.8. *Vicina virtutibus vitia*. Por poca cosa caemos de virtud en vitio.

ACCVSATIVVS POST *nomen spatij, mensuræ.*

Quæ certum magnitudinis modum significant, accusatiuum admittunt. Longus, Latus, Altus, Crassus. Turris alta trecentos pedes. Liber crassus tres digitos, siue trium digitorum craßitudine. &, trecentorum pedum altitudine.

Turris alta trecentos pedes, Torre alta de trezientos pies.

Liber crassus tres digitos, Gruesso de tres dedos.

CIRCVITIONIS VIS.

Quædam per circunlocutionem accusati-

ℨcc i f 2 . sis

cusatiuum admittunt: vt,

Non sum id nescius: id est, non ignoro.

Cuius generis sunt & illa:

Eius rei mihi venit in mentem: id est, recordatus sum.

Et, Id mihi anus indicium fecit: id est, indicauit.

Et, Opus est mihi hac re.

Pluribus verbis cùm id, quod vno, aut paucioribus certè dici potest, explicatur, circuitio est: cuius interim ea est virtus, vt vocis, cui respondet, casum admittat.

Turpilius in Epiclero apud Noniũ, At enim scies, quæ fuisti nescius. Cum accusatiuo, pro eo quod est, quæ ignorasti.

Eius rei mihi venit in mẽtem. Genitiuũ habet, quòd respondeat illi, Recordatus sum.

Terẽtius in Adelphis, Neque ea immeritò Sostrata credit mihi, me psaltriam hanc

Emisse: id anus mihi indicium fecit. Me lo hizo saber. Dicam potiùs cum Cicerone ad Octauium, Illud verò, quod & præsentis doloris est indicium.

Terentius in Andria, Quid verbis opus est? Que cumple tantas palabras? Habet ablatiuum, vt egeo, cui significatione est simile.

In Phorm. Nunquid est, quod opera mea vobis opus sit? Si ay algo en que os pueda seruir? Pro indiges.

Et cum

Et cum infinitiuo. Ibidem,
Sed opus est mihi, Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

Et adiectiuè, Dux & author nobis opus est; Tenemos falta de vn capitan, o guia: Ex Cicerone in Epistolis.

Cuius generis sunt et illa. Terentius in Andria, Ah, quanto satius est, te id dare operam,
Quî istum amorem ex animo amoueas tuo, etc. Pro eo quod est, te id curare.

Idem in Adelphis, Idne estis authores mihi? Id est, suadetis?

Plautus in Truculento, Quid tibi hanc notio est, inquam, meam amicam? Id est, hanc cognoscis. & ei accusatiuo verbale iungitur.

Sic Terentius in Eunucho, Quid huc reditio est? Pro Quid huc rediisti?

Sic dicimus, Cordi est mihi. id est, placet.
Et, Suppetias ferre alicui, id est, auxiliari.

Vt in summa dicam, latius serpit hæc circuitionis vis, in qua circunspecto iudicio opus est.

ABLATIVVS post Nomen.

Dignus et indignus ablatiuũ asciscũt.
Dignus est honore.
Dignum est illo.
Dicimus tamen, Dignus vt honoretur.

Dignus

Dignus quem omnes honorent.
Et, Dignus honorari ab omnibus.

Cic.de Senectute, Præclarum responsum, & docto homine dignum. Respuesta digna de hõbre sabio.

Terentius in Eunucho, At tu indignus qui faceres tamen. Tu no eras digno de lo hazer.

Dignus vt honoretur, Digno de ser honrrado:

Datur infinitiuo, sed in carmine. Martialis,
Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es. Que yo muera, si tu eres digno de descalçar à Pylades.

Non perinde vsitatum est, Militia est operis altera digna tui: apud Ouidiũ. & Cic. de Aruspicũ respõsis, Et vnũ esse in hac ciuitate dignũ huius imperij: dicit.

Item Vacuus, Onustus.

Vacuus curis.

Onustus diuitijs.

Pauper, Diues, Plenus, Inanis, etiam genitiuum admittunt.

Copiæ nomina & inopiæ, genitiuum siue ablatiuum admittunt.

Quintilianus libro primo, Atqui pleni sunt huiusmodi impedimentis Grammaticorum commentarij.

Plaut. in Epid. Plenus consilij es. Lleno de consejo.
Plenus amoris, Muy amoroso. *Virgilius,*
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

Teren-

Terentius in Eunucho, Plenus rimarum sum. No tengo nada secreto.

Sallustius, Ager aridus, & vacuus frugum: Esteril sin fruto.

Cicero Attico, Sin eris ab isto periculo vacuus. Fuera deste peligro. *Vacuus curis.* Sin cuydado.

Diues agris. Rico en possessiones. *Ouidius. Diues opum, Virgilius.*

Cicero secundo Tusculanarum, O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas.

Ouidius, Sanguinis atque animæ corpus inane fuit. Sin sangre y sin anima era el cuerpo.

PRONOMINVM CONSTRVCTIO.

Genitiui primitiuorum.



Ei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, genitiui primitiuorum ponuntur cùm paßio significatur. Nam cùm actio, adduntur posseßiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester.

Languet desyderio tui: nempe quo tu desyderaris.

Fauet desyderio tuo: quo tu desyderas.

Item,

Item, Pars tua: quæ tibi debetur.

Pars tui: id est, manus, aut pes, corpus, animus.

Imago tua: quam tu poßides.

Imago tui: quæ te repræsentat.

Poſſeßiuorum vſum popularis ſermo demonſtrat: Meus, Mio. Tuus, Tuyo. Noſter, Nueſtro. Veſter, Vueſtro: *niſi quòd repetitioni natum pronomẽ Suus, ſcrupulum inijcit: quo te lector ſuo loco expediam.*

Plautus in Perſa, Tua merx eſt, tua indicatio eſt. Pues que la mercaderia es tuya, tu la pornas en precio. *Puta tuum eſt indicare.*

Terent. in Phorm. Amicus ſummus meus. Grandiſſimo amigo mio.

Idem in Adelphis, Meus gnatus eſt domi.

Pars tua. Tu parte.

Cicero Offic. 1. *Ipſe ad meam vtilitatem ſemper cum Græcis Latina coniunxi.* A mi prouecho.

Saluſt. in Cice. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer. Los males que tu dizes, o tus maldiciones. *Maledicta tua, nempe quibus maledicis.*

Cicero Curioni, Sed quia tua voluntas ea videbatur eſſe: Id eſt, quia ſic volebas.

Idem de Senectute, Mea eſt deſcriptio. puta deſcripſi. Yo lo he aſsi ordenado.

Plautus in Menæh. -quid vides? MES. *ſpeculum tuum.* MEN. *Quid negotij eſt?* MES. *tua eſt imago: tam conſimilis eſt, quàm poteſt.* Es te muy ſemejante. *vt*

sit possessiuum pro primitiuo, aut codex mendosè scriptus. Nam, *Tua imago est, quam ipse posides.* Que es tuya. *etiã quæ aliũ à te repræsentat.* Tui *verò imago, quæ te repræsentat.* Hecha a tu semejança.

Faueo *desyderio tuo.* Fauorezco a tus desseos: *scilicet quo tu desyderas. Vides in his exemplis, si verbum agentis finitimæ significationis extat, possesiui substantiuum in ipsum solui, quo modo actio in possesiuis significatur.*

Cice. *in* Paradoxis, *Cato autem perfectus, mea sententia, Stoicus: Id est, vt ego sentio.* A mi pareçer. *Interim enim possesionis sensus, alterius sensus est: vt nihil mirũ, actiuè & possesiuè in eundem intellectum ferri.*

Sed quæ possesio significatur dicenti Amor *meus,* El amor que yo tengo: *ea volens nolens deijcior, si primitiuo* Mei *possesiuum commutes: vt,* Mei *amor.* El amor que otro me tiene. *Nisi quis cum Ouidiano* Narcisso *vteretur amore sui.* Quintilianus *libro.6. Amor mei vicit etiam matrem suam.* Yo era mas amado del, que su madre.

Idem, *Sed vt aliquid præstaret patriæ vtilitas mei. scilicet, vt ex me ad ciues meos aliqua manaret vtilitas.* La vtilidad, que parte de mi.

Tua vxor facit omnibus copiam sui. Tu muger a todos estiende la pierna.

Virgo aliquid tui perdes, si studiosis patientem accommodaueris aurem. Donzella vos perdereys la virginidad, si escuchays lo que los estudiãtes os diran.

Sallustius, Et *quoniam vita ipsa, qua fruimur, breuis est,*

...t, memoriam nostri quàm maximè longam efficere rectius esse videtur. Pues que nuestra vida es corta, hagamos que la memoria de nosotros sea luenga. *Memoriam nostri profectò dixit, quà alij de nobis recordantur. Terentius in Adelphis, Tetigin' aliquid tui?* He os tocado en algo? *Quæ dicitur pars tui.*

Langueo desyderio tui. Tēgo mucho desseo de ver te. *Nempe quo tu desyderaris.*

Cicero Tironi, Pauló facilius putaui posse me ferre desyderium tui, sed planè non fero. Pense que tu ausencia no me fuera tan graue, mas del todo no la puedo sufrir.

Desyderiū tui, dixit absentiam quà desyderaris volens nolens. Aunque no quieras. *Quæ causa est, cur in primitiuorū genitiuis passio significari dicatur. Substantiuis igitur, quorum intellectus ab alio. q̃ à pronominis sensu habetur, genitiuos mei, tui, sui, nostri & vestri apponimus.*

Cicero ad Atticum, Tui, ait, sermonibus. Las palabras que dize de ti.

Idem Curioni, Expectationem tui concitasti. Gran fama y esperança de ti.

His subtexam luminis gratia, Quæcunq; dictio verbalis, aut ei affinis, verbū deniq;, genitiuum exigit, genitiuis Mei, tui, sui, etc. (si receptæ consuetudini credimus) gaudet.

Cicero Curioni, Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. No ay cosa que mas nos ame.

Idem, Ad nos amantissimos tui veni. Veni a nos,

que ſomos tus grandes amigos.

Terentius in Phormione, *Noſtri noſmet pœnitet. de quo antè diximus.*

Salluſtius, Alieni appetēs, ſui profuſus. Codicioſo de lo ageno, prodigo de lo ſuyo.

Quintilianus lib. 1. *Iuuenes, ſed nimiùm amantes mei, temerario editionis amore vulgauerunt.* Que me tenian grande amor.

Quod in vniuerſum præciperem, niſi ex omni verborū numero tria, Eſt, Intereſt, *&* Refert, *eximi vſus ſuaderet: quorū intereſt & refert, ablatiuos mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra recipiunt, diſsimulato ſubſtantiuo* Re *in verbis* Intereſt *&* Refert. *Eſt autem, poſſeſsiua nominandi caſus meum, tuum, ſuum, noſtrū & veſtrum flagitat.* Terentius, *Noſtrum eſt intelligere.* A noſotros conuiene entenderlo. *Sed de his ſatis multa antè dicta ſunt.*

Aliquoties vtrunq; coniungitur: vt, Noſtra tui memoria, id eſt, quam nos de te habemus.

Eruditus eſt ſermo, ſi in eodem membro primitiuum cū poſſeſsiuo vſurpes, obſeruata ſuperiore differentia.

Cicero Cornificio, Grata eſt mihi vehementer memoria noſtri tua. Plazer tengo, que te acuerdas de noſotros.

Idem ad Atticum, Vehementerq; tua ſui memoria delectatus. Alegro ſe mucho de que tu tienes memoria del.

Eraſmus

Erasmus primo Copiæ, Idem nostræ tui memoriæ vitæq; finis erit.

Ibidem, Non alius nostræ tui memoriæ, quàm lucis erit interitus. No te oluidare jamas.

POSSESSIVA PRONOMINA.

Possessiua, adiectiua sunt, & non recusant aliquando genitiuum.

Mea ipsius causa.

Tua solius, aut vnius opera.

Meos flentis oculos.

Vallæ filij, eius sensum hîc non satis callent, quare sic habeto: Possessiua *meus, tuus, &c. atq; genitiuorũ primitiui, mei, tui, sui, nostri & vestri, quintuplices genitiuos actiuæ affectionis duntaxat admittunt.*

Primò *genitiuos numeri cardinalis duorum, trium, quatuor, &c.* Liuius, *Noster duorum euẽtus ostendat vtra gens bello sit melior.*

Deinde *genitiuos tres, Vnius, ipsius, solius.* Cic. *Dico mea vnius opera Rempublicam esse liberatam.* Por sola mi diligencia.

Præterea, *genitiuos particularium & vniuersalium, vt* Omnium, *cuiusq;: quibus accedunt* Multorum, *paucorum.* Cicero tertio de Oratore, *Voluntati vestræ omnium parui.* Obedecido he ala voluntad de todos vosotros.

Quartò, *genitiuos participiorũ.* Cic. Lentulo, *Nostram fidẽ & amorẽ tui absentis, præsentes tui cognoscent.* Tus amigos, q̃ son aqui presentes, conoscean

ran el amor, que yo te tengo en tu ausencia.

Ouidius, *Et nostros vidisti flentis ocellos*, *Tu dic*, *cum* Erasmo, *Et meos vidisti flentis ocellos.*

Postremo, *genitiui gerundioru͂, aut gerundiuorum.* Cicero *in* Oratore, *Lucium Crassum quasi colligendi sui causa, se in Tusculanum contulisse.* Por rehazerse vn poco, o recrearse.

In quibus exe͂plis possessiua adiectiua facie, pro primitiuis Mis, *tis, sis, nostrum & vestrum, illis adiectiuorum genitiuis subseruiunt, substantiui scilicet partes agentia: quod prudentissimus interpres* Valla, *natura repugnante, fieri scriptum reliquit: cui sente͂tiæ lector facile accedet, obseruans relatiuum* Qui, *ex possessiuis ipsis pendêre.*

Cicero Terentiæ, *Sed omnia sunt mea culpa co͂missa, qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant.*

Terentius in Andria,

Cùm id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum habere͂ tali ingenio præditum. *Vbi* Valla *placet relatiuum* Qui, *antecedens* Meas, *possessiuum pro primitiuo* Mis *habere: quod & ipse probarem, nisi hoc maiori operi deberetur. Cæterùm alios genitiuos non recusant, qui passiuè accipiantur.*

Cicero Curioni, *Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio.* La memoria que yo tengo de los bienes, que me has hecho, nunca se perdera. *Vbi obseruet puer contextum illum, Meam tuorum meritorum memoriam.*

Idem

Idem ad Atticum, Vehementerq́; tua ſui memoria delectatus. nempe qua de ſe recordaris.

Alios autem genitiuos, puta actiuæ ſignificationis in conſortio ſuo non ſuſtinent. Quare ne dixeris, Miſerere mei peccatoris: ſed, Miſerere mei qui ſum peccator: vbi actio ſignificatur.

In illo Terentij, poſſeßiuum ſubſtantiuum eſt, Ego meorum ſolus ſum meus. No tengo amigo, que a mi meſmo.

NOSTRVM ET VESTRVM.

Noſtrûm & veſtrûm, genitiui plurales, gaudēt nominibus diſtributiuis, aut partitiuis: vt,

Nemo veſtrûm.

Vnuſquiſq; noſtrûm: id eſt, ex nobis.

Item cōparatiuis & ſuperlatiuis: vt,

Maior veſtrûm.

Maximus natu noſtrûm.

Terentius in Andria, Nunquam cuiquam noſtrûm verbum fecit. Nunca nos dixo palabra.

Nemo noſtrûm. Ninguno de noſotros.

Vnuſquiſq; noſtrûm paſſus eſt anginam. Qualquiera de noſotros ha padecido la eſquinancia.

Maximus natu noſtrûm ibit. El mayor de edad de noſotros ira.

Cicero contra Rullum, Maiori veſtrũm parti. Is eſt

 frequen-

frequentior loquendi vsus, quo modo non semper authores locuti sunt, vt Budæus *doctißimè more suo annotauit in* Commentarijs Græcæ *linguæ.*

RECIPROCA.

Sui, sibi: Suus, sua, suum, non nisi reciprocè ponuntur: hoc est, vt reflectantur ad id quod præceßit in eadem orationis parte, aut annexa per copulam.

Ille sibi placet.

Petrus odit suos.

Orat vt suo faueas filio.

Reciproca *sui & suus, cum cõpositis suiipsius, suimetipsius, in vsu sunt, quoties tertiæ personæ sensum in ipsam retorquent.* Ioannes *memor sui.*

Sibi benefacit, qui benefacit amico.

Se Petrus *diligit.*

Ille sibi placet. Contenta se de si mesmo.

Quintilianus *libro primo,* Necesse *est sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat.*

Aut in rem personæ tertiæ:

Petrus odit suos. Quiere mal alos suyos.

Patrem *sequitur sua proles.* Ex Virgilio.

Sed cùm lapsus sit facilis, memineris in vsu horum pronominum, reciprocis locum nõ esse, nisi cum verbis personæ tertiæ, aut in eadem orationis parte, aut annexa per copulam.

Ora-

Orat vt suo faueas filio. Ruega te que fauorezcas a su hijo.

Terentius, *Dicit hera, si se amas, vt ad sese venias.*

Nisi orationi participium, nomenve intextum sit, quod verbi tertiæ personæ intellectum habeat: nam tunc etiam reciproci incidit vsus.

Horatius, *Finge sibi conueniẽtia cuique.* Nam *soluitur sic, Finge cuique, quæ sibi conueniunt.*

Cicero *de Senectute, Athletasq́; se in curriculo exercentes videret. Nempe qui se exercebant. quo modo Latinum est, Vidi Petrum memorem sui. nam rectum esset, Vidi Petrum qui sui recordabatur. Satis enim est, ad verbi tertiæ personæ sensum reciproca referri. Verbi autem tertiæ personæ sensum appello participium, nomenve ei respondens. Quintilianus libro nono, Nam etiam cùm iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam.*

Non defuerunt qui Latinè dici crediderint, Tu venisti secum: quòd populari orationi affinis sit. Veniste consigo. *Sic, Ego veni secum,* Yo soy venido con el. *Tanquam Latinam linguam oporteat Hispanicæ seruire. Quare illud non omittam, in quo vertitur reciproci cardo, reciproci vsum solũ probari, cùm eundem intelligimus, qui præcessit. Quòd si alium ab eo qui præceßit, significamus, vtimur pronominibus, Hic, ille, ipse: vt, Petrus amat se, puta Petrũ.* A si mesmo. *Petrus amat illum, scilicet Ioannem Iunium.* A aquel. *Hæc inter prima elementa ponenda duxi.*

DEMONSTRATIVA.

Demonſtratiua, cùm ſubſtantiuè ponuntur, admittũt genitiuũ, vt dictũ eſt.

Hoc noctis.

Id temporis.

Illud acceſsit mali.

Plautus in Amphitrione, Qui hoc noctis à portu ingratis excitauit. Eſta noche.

Cicero, Ad me venturos eſſe id temporis prædixeram. Pro, eo tempore.

Gellius, Si libri copia fuiſſet hoc temporis.

Illud acceſsit mali. Aquel mal ſobreuino.

Terẽtius in Adelphis, Edormiſcam hoc villi. Dormire eſte vino.

In Eunucho, Dij boni, quid hoc morbi eſt?

IDEM CVM datiuo.

Idem, datiuum adiungit vel ablatiuum, interueniente præpoſitione.

Idem facit occidenti: Id eſt, quod occîdens.

Idem huic, aut Idem cum hoc.

Horatius in Arte, Inuitũ qui ſeruat, idẽ facit occidẽti. Guardar vn hõbre por fuerça es como matarle.

Erasmus in Chiliadibus, Eundem, inquit, cum proximo ſenſum habet. Id eſt, ſimilem.

Nomina-

NOMINATIVVS POST ADVERBIVM.



N et Ecce demonstrãtis, nominatiuo, seu accusatiuo iũgũtur.
En quatuor aras.
Ecce rem.
En lupus in fabula.
En animum & mentem.

Habent autem inflexibiles partes miram quandam in contextu vim ac potestatem, quam cûm in transitu, velut aliud agentes, Grammatici *tractent, eorum syntaxis omnes numeros habere nõ potest.* A *doctis enim accepimus, in earum vsu non minus q̃ permutato genere delinqui.* Q*uare altius eius rei ratio repetenda fuit, vnde fundamenta iaciuntur coniungendarum vocum, quarum rationẽ fidelis præceptor aperiet: apertam animo infiget puer: infixam imitationi, qua artis bona pars continetur, tradet.*

En *et* Ecce *demonstrantis aduerbia, amant nominatiuum & accusatiuũ.* Virgilius *in* Daphnide, En *quatuor aras.* Idem, En *Priamus.* He aqui a Priamo.

En *gladiolus scriptorius.* He aqui el tempraplumas.

En *lupus in fabula.* Aquel de quien hablamos. *Terentianum est: vbi is interuenit de quo sermo erat.*

Iuuenalis,

Iuuenalis, En *habitum*.

Quintilianus, En *improbitas*. La gran maldad. *Reprobando enim* En *vtimur*. *vt* Cicero *pro* Deiota*ro*, En *crimen*, *en causa*, *cur regem fugitiuus*, *dominum seruus accuset*. Cosa fea.

En *animum & mentem*, La gran boueria.

Cicero, *Ecce tibi status noster*.

Ecce accusatiuum durè tribuit Plautus *in* Bacch. *Ecce*, *inquit*, *me*.

GENITIVVS POST *aduerbium.*

Superlatiua genitiuum exigunt.

Peßimè omnium dixit.

Qui omnium optimè fecit.

Quæ superlatiui gradus sunt, *à posteriori genitiuis gaudent*. *Peßimè omnium dixit*. Hablo muy mas mal que todos los otros.

Qui omnium optimè fecit. El qual ha hecho mejor que todos.

Plinius, *Lynces clarißimè omnium quadrupedum cernunt*.

ADVERBIA LOCI *ac temporis.*

Adduntur aduerbijs loci ac temporis genitiui ferme hi:

Vbi gentium.

Eò impudentiæ ventum est.

Quo

Quò terrarum.
Nusquam gentium.
Húccine rerum venimus?
Vbiuis, Quouis terrarum.
Eò loci redacta res est.
Tunc temporis.

Loci ac temporis aduerbia in genitiuum feruntur: Cicero *ad* Atticum, *Tu autem abes longè gentiũ.* Ibidem, *Vbi terrarum esses, ne suspicabar quidẽ*, En que tierra. *Idem sonat, Vbi gentium.*

Corne. *Ituram quôquo terrarum.* A qualquiera tierra.

Terent. *Te intereà loci cognoui.* Iustinus, Tunc *temporis* Cambysi *Persarum mediocri viro.*

Eò impudentiæ ventum est, sermo receptus, pro eo quod est, Ad *eã impudentiã: cuiusmodi,* Eò *loci redacta res est.* La cosa es reduzida hasta vn tal pũcto.

Persius, -Hûccine *rerum* Venimus? *Cæsar,* Eò *discordiæ ventum est.* Venido han, venido hemos a tal discordia. *Nusquam gentium inueniri potest.* No se puede hallar en algun lugar. Ex Terentio in *Adelphis.*

Nam Minimè gentium, monadicon est, genitiuo festiuitatis causa addito.

Terentius in Phorm. *Meritóne hoc meo videtur factum?* D. *minimè gentium.* Pro *eo quod est,* Omniũ *gentium*

tium iudicio minimè est factum, si Festo credimus.

PRIDIE ET POSTRIDIE.

Pridie Calendarum, siue Calendas.
Postridie eius diei.
Postridie quàm discesseras.
Postridie quàm venires.

Aduerbiorum Pridie & Postridie varia est syntaxis: nam tum genitiuo, tum accusatiuo seruiunt.

Cicero ad Lentulum, Quòd illam sentētiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. El dia antes. Pridie enim significat præcedenti die: quemadmodũ Postridie, postero die. El dia despues: Latiusq; patet quàm perendie. quæ vox post cras vulgò sonat: vt, Postridie Hilaria te uisam. Yo os. ire ver el primero dia de quaresma.

Titus Liuius, Inde ut postridie Calendas, ac Nonas eadem religio esset. Postridie Calendas. El segundo dia del mes. Vt Pridie Calēdas. El postero del mes.

Cæsar de bello Gal. Postridie eius diei Cæsar præsidiũ utriusq; castris, quod satis esse uisum est, reliquit. Postridie eius diei. El dia despues.

Est ubi genitiuus desideratur. Terentius in Andria, Venit ad me Chremes postridie clamitans. Supple, Illius diei, quo hæc gesta sunt.

Postridie quàm discesseras. El dia despues que partistes, peritorum sermo est.

INSTAR.

Instar

Instar montis.

Instar pecudis.

Aduerbio Instar genitiuum apponimus.

Virgil. Instar montis equũ diuina Palladis arte Aedificant. Grande como vn monte.

Cicero, Hexametrorum instar versuum. A la mesura de versos exametros.

Hæc enim uox, Valla authore, significat adæquiparationem, uel ad mensuram.

Nonnunquam tamen similitudinis uiciniæ accedit.

Cicero M. Catoni, Frigeranam autem, quæ fuit non uici instar, sed urbis, quòd erat Amani caput. No parecia aldea, mas ciudad.

Item Parum, Multum, Satis, Abundè vini, vice nominum poni videntur.

Quantitatis aduerbia Satis & Abundè genitiuis iuncta, nominis officio funguntur.

Virgilius, Terrorum & fraudis abundè. Id est, abundantia.

Martial. Ohe iam satis est. In his enim Abundè & Satis pro nominatiuis nominum posita sunt.

Cicero de Senectute. Tantum cibi & potionis adhibendum est, ut reficiantur uires, non opprimantur.

Suetonius in Cæsare, Potētiæ gloriæq; abundè est.

Idem, Satis testium est à me datum.

Plautus in Milite, Tibi diuitiarum affatim est.

Quintil. lib. 2. Licet enim satis exemplorũ ad imitandũ ex lectiōe suppeditet, tamē uiua illa (vt dicitur)

vox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Idē *lib.* 12. *Cùm satis in omne certamen virium fecerit.* Et *lib.* 10. Et *abundè satis est.*

Cicero de *Senectute*, *Minus habeo virium, quàm vestrûm vtervis*, Menos fuerça tengo que qualquiera de vosotros. *In quibus exemplis, aduerbium accusatiui partes nonnunquam agit.*

Obuia sunt et aduerbia in naturam nominum versa.

Cicero pro Cornelio Balbo, *Ac si mea authoritas satis apud illos ponderis haberet.* Martialis,

Cras te victurum, cras dicis Posthume semper:
Dic mihi cras istud Posthume quando venit?

Persius, *Iam clarum Manè fenestras intrat.*

Quæ omnia genere neutrali adiectiuum asciscunt.

DATIVVS POST ADVERBIVM.

Quædam datiuum admittunt nominum vnde deducta sunt.
Venit obuiam illi:
Nam obuius illi dicitur.
Canit similiter huic.
Nam similis huic:
Et, sibi inutiliter.
Sedet proximè illi.
Propinquius tibi sedet, quàm mihi.

Aduerbia quædam thematis syntaxin imitantur.

Venit obuiam illi. Vino le al encuentro.

Cicero Appio Pulchro, An ego tibi obuiã non prodirem? Obuius enim, à quo fonte Obuiam aduerbium fluxit, datiuo connectitur. Ita, Obuiã processi, obuiam misi, obuiam iui, & cum alijs pluribus verbis, quod docuit Valla, Obuiam in vsu est.

Eiusdem classis est illud Ciceronis Offic. tertio, Etenim, quod summum bonum à Stoicis dicitur, conueniẽter naturæ viuere: id habet hanc (vt opinor) sententiam, naturam cum virtute cõgruere semper. Quod ad Græcam figurã reuocat Budæus in commentarijs Græcæ linguæ.

Ita, Propinquius tibi sedet, quàm mihi. Esta assentado mas cerca de ti que de mi. *Dixit enim Sallust. Ille eos in domum Bruti perduxit, quòd foro propinqua erat.*

Sic, Similiter huic. Semejantemente a el.

ACCVSATIVVS post Aduerbium.

Sunt quæ accusandi casum admittunt præpositionis, vnde sunt profecta: Propius vrbem: &, Proximè castra.

Tam Propius quàm Proximè, sicut prima eorum origo, accusatiuum habent. Cicero ad Octau. Propius vrbem castra mouentur. Mas acerca de la ciudad. *Idem pro Milone, Propius deos accessit.*

Legitur & cum datiuo. Virg. Propius stabulis armenta tenebat.

Propius ad deos. recepta syntaxis: &, Propius terra.

Cicero pro Ligario, Homines enim ad deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus conferendo. Los hombres en ninguna cosa se allegan mas alos dioses, que en dar salud alos hombres. *Idem de natura deorum, Intra autem hanc propius à terra Iouis stella fertur. Idem ad Atticum, Tamen esse officium meum putem, exercitum habere quàm proxime vrbem.* Muy cerca de la ciudad.

Propius, Mas cerca. *Proximè,* Muy mas cerca, sin otro intermedio. *Sallustius, Proxime Hispaniam Mauri sunt.*

ABLATIVVS post Aduerbium.

Quæ comparantur, cōstructionem habent comparatiuorum nominum:
Accessit propius te: id est, quàm tu.
Melius te dicit: id est, quàm tu.
Plus quingentis colaphis: &,
Plus millies.

Quæ comparantur aduerbia, ablatiuum recipiunt. Cice. de *Inuentione, Nihil lachryma citiùs arescit.* *Melius te dicit.* Dize mejor que tu.

Quintilianus lib. 1. Hoc amplius intrò & intus aduerbia. Vt alibi, His amplius, Aun mas. *Quæ duo pro coniun-*

coniunctionibus copulatiuis multi accipiunt.

Columella, Plus quatuor digitis abruptum est. *Nam Plus comparatiui nominis vim habet.*

Terent. in Adelphis, Homini misero plus quingẽtos colaphos infregit mihi. Mas de quinientas bofetadas. *Liuius,* Hostium plus mille cæsi. *vbi ad constructionis numeros Quàm aut quid simile subaudiendum.*

Desyderatur interim auferẽdi casus. Liu. Paulò plus viginti millium alius exercitus fuit. *Id est,* Paulò plus numero viginti millium. Hoc Budæus.

Audiui plus millies, Audiui plus quàm millies. Mas de mil vezes. *Nam bifariàm effertur cum aduerbijs. Hac de re extat caput elegans lib. 1. Copiæ Erasmi.*

PROCVL, ET CAETERA.

Procul dubio, & Procul ab vrbe.
Clam patre.
Palam omnibus. refertur mul...
Coram omnibus.

Quatuor illa, procul, clam, palàm, coram, & aduerbijs, & præpositionibus annumerari possunt: sed tunc iure aduerbia censentur, cùm casibus destituta occurrunt. Quæ omnia vetustatis fide non carent.

Tacitus, Nec procul cæde aberant. No estauan muy lexos de la muerte. *Procul dubio,* Ciertamente, *dixit Quintilianus libro primo. Liuius,* Locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit. *Ouidius,* Sint procul à vobis iuuenes, vt fœmina, compti. Procul à vobis. Lexos de vos. *Aduerbiũ hîc est; vt illo loco,*

Procul este prophani. Muy lexos.

Coràm, Palàm, neq; diuersa huic, neq; dißimilia sunt natura. Teren. *in* Eun. *Quæ mihi ante oculos coràm amatorem adduxti tuum.* Coràm, En presencia. *Præsentialiter, in* Latinam *coloniam deductum nondum est: à qua voce abhorreat puer.*

Virgil. *Clàm ferro incautum superat securus amorum.* Hîc *Clam aduerbium est.* Ocultamente.

Clam me est. Yo no se nada. Cic. Attico, *Quinctiā paulò clam eis eam vidi.* Sin que ellos lo supiessen. *Cui voci Cicero in Sallustium, accusatiuum tribuit,* Ti*mens ne facinora eius clam vos essent.*

Palàm, *aduerbium legitur.* Terent. *in* Eunu. *Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est.* Luego se sabe. P*alàm, enim, manifestè, siue in apertò significat.* Abiertamente. Huic *casum addidit* Liuius, R*em, inquit, creditori palam populo soluit.* Delante todo el mundo.

HIC ILLHIC, & cætera.

Hîc, Illhic, Isthic, Intus, Alibi, Vbi, Vbiq;, Vbicunq;, Vbilibet, Vbiuis, Alicubi, Necubi, Sicubi, Ibi, Inibi, Ibidem, referuntur ad quietem in loco.

Sunt, *ait* Fabius, *quædam cognata, vt dicunt, id est, eiusdem generis, in quibus qui alia specie, quàm oportet, vtetur, non minus quàm ipso genere permutato deliquerit.*

liquerit. Et paulo pòst, Intrò & intus, loci aduerbia: Eo tamẽ intus, & Intrò sum, solœcismi sunt. Hactenus *Quintil. Quare his nec statim sese offerentibus vtendum, sed subeat ratio collocandi, quam emendatè loquendi regula (Syntaxim appellant) examinat.*

Verbis igitur in loco illa apponuntur:

Hîc, Aqui. *Isthic,* Ay. *Illhic,* Alli.

Intus, Dentro. *Interius, in eadem re ne dixeris.*

Alibi cœnaui. En otra parte he cenado.

Vbi prandet? Endonde come?

Vbiq; cæli grauitatem facilè fero. Endonde quier el ayre me es bueno.

Vbicunq; docebit Maturinus Corderius, florebunt bonæ literæ.

Vbilibet, vbiuis habitemus. Moremos dõde quisieres.

Necubi dormias me inscio. No duermas en algun lugar, sin que yo lo sepa. *Sic prohibendo, vnico verbo contentum est: alibi duo postulat. Volo necubi cœnes.* Quiero que no cenes en lugar alguno.

Sicubi doceat Iunius, Marius Cumbus eius collega erit. Si Iunio enseña en algun lugar, Mario sera su compañero.

Ibi peribam Helenam. Alli amaua yo vna hermosa dama. *Ibidem,* Alli mesmo. *Ex hoc loco sequẽtium intellectus patet.*

HVC ILLHVC ET CAETERA.

Huc, Illuc, Istuc, Intrò, *Aliò, Aliquò, Nequò, Siquò, Eò, Eôdem, Quolibet,*

Quouis, Quocunq;, Foras, Horſum, Aliorſum, Dextrorſum, Siniſtrorſum, Surſum, Deorſum, Vtroq;, Neutrò, Quoquouerſum, referũtur ad motionem ad locum.

Huc, illhuc, & quæ ſequuntur, verbis ad locũ gaudent. Vado iſthuc. Voy a ti.

Venio huc. Vengo aqui.

Huc pertinet, Huc ſpectat, Satishaze al propoſito, doctis in vſu ſunt.

Terent. Eamus nunc intró. Entremos dentro. Eamus verò intus, aut intrà, ſolœciſmi ſunt.

Idem, Exi foras ſceleſte. Sale defuera ſcelerado.

Vade autem extra: aut, Vade foris, aut ad foras, à Latinæ linguæ caſtimonia abhorrent.

Deflecte oculos dextrorſum. Mira hazia la derecha. Ad locum enim motio eſt.

Neutrò me recipiam. Ni alla ni acculla.

HINC, ILLINC, & cætera.

Hinc, Illinc, Iſtinc, Aliunde, Alicũde, Sicunde, Necunde, Indidem, Vnde, Vndelibet, Vndeuis, Vndecunq;, Vtrinq;, referuntur ad motum è loco.

Hinc, Illinc, & quæ eiuſdem claßis ſunt, veniendi ſignificationem habentibus verbis iunguntur.

Aliunde

Aliunde venio. De otra parte vẽgo. *Fabius 2. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas: ne inde odium, hinc contemptus exoriatur.*

Venio hinc. Vengo de aqui cerca.

Venio illinc. Vengo de alli. *Dehinc, eius loco, quòd ordinis est, non recipitur.*

Venio foris. Vengo de defuera. *Venio autem de foris, barbaris relinquito: aduerbijs enim præpositiones apponi non solent.*

Venio infernè. Debaxo.

Venio supernè: quod vulgus dicit desuper. De arriba.

HAC, ILLHAC, & cætera.

Hàc, Illhàc, Isthàc, Alià, Aliquà, Quà, Siquà, Nequà, referuntur ad motionem per locum.

Hàc, Illhàc, &c. transeundi verbis connectuntur.

Non hàc iter fecit. No passo por aqui. *Nam hàc iter facio, per locum significat.*

Transiuit alià. Passo por otra parte.

Rectà, ad hũc locum pleriq; referunt. Quò tu hinc abis? Rectà Louaniũ. Derecho a Louayna. *Terentius, Cur non rectà introisti?* Porque no entrastes todo derecho? *Cicero, Rectà venit ad me.* Vino derecho a mi. *Quorundam tamen iudicio Recta hìc nomen est, dissimulato substantiuo Via. Rectè, qualitatis aduerbium, in eius locum substitui non potest, quo multi abutuntur.*

VARIANTIA.

Hæc variant,
Foris cœnat, & Foris venit.
Peregrè viuit.
Peregrè rediјt.
Peregrè abiјt.
Nuſquam apparet.
Nuſquam diſcedet.

Loci aduerbia in claſſes doctè diſtribuit, capita ſignificationis non præteriens. Nunc *affectionis variæ verba, vſu ſuadente, quædam recipere idem docet.*

Foris cœnauit. Defuera ceno. *Foris venit*, Viene de defuera. *Hîc motus è loco, illhic quietis verbũ eſt.*

Terent. *in* Phor. *Pericla, damna, exilia, peregrè rediẽs ſemper cogitet.* El q̃ buelue de luẽgo camino.

Ibidem in Periocha, *Chremetis frater aberat peregrè* Demipho. *Peregrè abiјt.* Es ydo fuera.

Peregrè viuit. Viue lexos de aqui. N*am aduerbij* Peregrè, *trifariàm variat vſus.*

Terent. *in* Eunu. *Illę autem bonus vir nuſquam apparet.* En ningun lugar pareçe.

Nuſquam diſcedam. No partire de aqui.

QVIBVS MODIS VERBORVM
quæ congruant aduerbia.

VBI, POSTQVAM, CVM.

Vbi, poſtquam, Cùm, aduerbia temporis,

ris, interdum indicatiuis, interdũ ſub-iunctiuis verbis apponuntur: vt, Cùm aderit: & Cùm venerit.

Ad contexendæ orationis rationem & illud ſpectat, quæ aduerbia in verba ius habeant, ſcire, vt quorum modum nonnunquam mutent. Poſtquam igitur, tum indicatiuo, tum ſubiunctiuo connectitur. Terent. in And. Poſtquam exceßit ex ephebis, Deſpues que fue grande. Plin. nat. hiſt. Sed ſiue antequam ver præuenerit, ſiue poſtquam hyemarit. Cum indicatiuo autem frequentius obuium eſt.

Terentius in Eun. -cùm huc reſpicio ad virginem, Illa ſeſe intereà commodùm huc aduerterat. Quando. hîc indicatiuo dedit. Ibidem, Cùm ipſum me noris, quàm elegans formarum ſpectator ſiem. Hîc ſubiunctiuo appoſuit.

Parem his vſum Vbi pro poſtquam habet: cum ſubiunctiuo tamen admodum raró legitur. Terentius, Vbi nos lauerimus, ſi voles, lauato. Deſpues que. Idem in Andria, Vbi te non inuenio.

SIMVL, SIMVLAC, *ſimulatque.*

Simul, Simulac, Simulatque, magis gaudent ſubiunctiuis.
Simulatque adoleuerit ætas.

Hæc tria, Simul, ſimulac, ſimulatque, magis gaudent

ſubiunctiuis: tamen indicatiuum non repudiant.

Horatius, *-ſimulac durauerit ætas Membra, animumq́; tuum, nabis ſine cortice*. Luego que ſeras de edad. *Citra præceptores ipſe te reges.* Cic. Appio Pulchro, *Gratißimum mihi feceris, ſi ad me, ſimulatque adeptus eris, miſeris*. Aſsi luego como. Pro Cluentio, *Simulatque hoc audiuit.*

Vatinius Ciceroni, Simul verò ſemißis homo contra me arma tulit.

V T.

Vt, pro poſtquam, indicatiuo gaudet adiungi. Vt ventum eſt in vrbem.

Vt ventum eſt in vrbem. Luego deſpues de auer llegado.

Illũ vt primũ vidi, nunquam vidi poſteà. Deſpues que le vi la primera vez, nunca mas lo he viſto.

Plautinum eſt, in Epidico.

QVEMADMODVM, *vt, vtcunque, ſicut.*

Quemadmodum, Vt, Vtcunq;, Sicut, vtrunque modum admittunt.
Vt ſalutabis, ita & reſalutaberis.
Vt ſementem feceris, ita & metes.

Quemadmodũ, Vt, Sicut, eòdem ſpectantia, puta, Anſi como. *vtrunque modum tum indicatiuum, tum ſubiunctiuum habere poſſunt. Vt ſalutabis, ita & reſalutaberis.* Como tu ſaludaras, ſeras ſaludado.

Elegan=

Elegantißima metaphora dixit Cic. Vt ſementem feceris, ita & metes. Id eſt, Reportabis præmium tuis factis dignum, Seras pagado ſegun tu ſeruicio.

Terentius, Tu tamen has nuptias perge facere vt facis. Quintilianus, Sed hæc eloquendi præcepta ſicut cognitioni ſunt neceſſaria: ita non ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos lexis dicitur, acceſſerit. In quo genere ſermonis, bonam partem ſibi vendicat illud Ita.

Plautus, Vtcunque eſt ventus, exin velum vortitur. De qualquiera parte es, o ſea el viento.

QVASI, ET CAETERA.

Quaſi, Ceu, Tanquã, Perinde, Acſi,
Haud ſecus acſi, cùm proprium habent
verbum, ſubiunctiuis gaudent apponi.
Tanquam feceris ipſe aliquid.
Quaſi non norimus nos inter nos.
Aliàs copulant conſimiles caſus.
Noui hominem tanquam te.
Arridet mihi quaſi amico.

Tanquam feceris aliquid. Como ſi tu vuieſſes hecho algo.

Terentius in Adelphis, Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos. Como ſi.

Hæc proprio verbo affixa ſubiunctiuis iunguntur. Plinius natur. hiſt. Tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam.

lam. Como que no ſepamos.

Aliàs ſimiles caſus connectunt.

Quintilianus libro octauo, Comparatio eſt enim cùm dico, feciſſe quid hominem vt leonem.

Noui hominem tanquam te. Conozcole como à ti. *Terentius in Phormione. Quarum vocum ſignificatio paucis docenda ex Valla eſt: Velut & veluti, quaſi, tanquam, ceu, imaginem ſignificant. Quod in aperto erit, ſi ſoluantur orationes in verbum ſubſiſtendi. vt, Tu iraſceris tanquam leo. Id eſt, tanquam leo eſſes. Sicut verò & Sicuti ſimilitudinem innuit, quod indicat verbum prius repetitum: Iraſceris ſicut leo. Id eſt, ſicut leo iraſcitur.*

Quintilianus libro quinto, Aut ſicubi titubauerint, opportuna rurſus eius à quo producti ſunt interrogatione, velut in gradum reponantur. Velut adhibuit ad ſignandam ſimilitudinem: vt Cicero, Niſi tanquam lumini oleum inſtilles, extinguuntur.

Perinde, inquit Valla, flagitat poſt ſe Acſi, vel Atq; ſi, cùm ſignificatio eius eſt Ita: vt, Fac perinde acſi tua res eſſet. Hazed como ſi la coſa fueſſe vueſtra. *Cum negatione verò etiam Quàm. Suetonius in vita Domitiani, Nulla tamen re perinde motus quàm reſponſo. Quòd ſi non ſequatur Nec, Acſi, aut negatio, accipietur pro Aequè. vt Plin. Iunior, Funus Rufi clariſsimi viri, et perinde feliciſsimi. Et pro Multũ. Idem Sueton. in vita Galbæ, Quare aduentus eius non perinde gratus fuit,* Su venida no ha ſido muy agradable.

NE, NON.

Ne pro=

Ne, prohibentis, vel imperatiuis, vel ſubiunctiuis additur.

Ne nega.

Ne dixeris.

Non, verbis imperatiuis non rectè apponitur.

Hic locus ex 1. Quintiliani ſumptus eſt: ait enim, Ne ac Non aduerbia. qui tamen dicat pro illo, Ne feceris, Non feceris, in idem incidat vitium: quia alterum negandi eſt, alterum vetandi. Ne, itaque ſecundis perſonis modò imperatiui, modò ſubiunctiui gaudet, Ne nega, No lo nieges. Ex Terentio in Andria, Ne dixeris, No lo digas. Non, verò præter imperatiuum, modis omnibus iungi poteſt, Non dico, non dicerem, non dixiſſem, non dicere: quorum frequentiſſimum exemplum eſt.

NE, AN, NVM.

Ne, cùm eſt interrogantis, indicatiuum amat.

Superéſtne, & veſcitur aura?

Similiter & An, & Num.

At eadem cùm capiuntur dubitatiuè, ſiue indefinitè, ſubiunctiuum poſtulant.

Viſe num redierit.

Nihil

Nihil refert, fecerísne, an persuaseris.

Ne, interrogantis, indicatiuo gaudet. Virgilius, *Superéstne, & vescitur aura?* Es aun viuo? Viue?

Illud haudquaquam prætereundum silentio, coniunctioni Aut *interrogando locum non esse, quod docet* Quintilianus, *nimirum tantus author, vt vnus pro multis sufficiat.* An, *inquit, et* Aut *coniunctiones sunt: malé tamen interroges*, Hic, *aut ille fecit? Quæ ipsa solutionis vox cum verbis opinionis & scientiæ indicatiuũ amat: sic*, Opinor quòd *pater aut mortuus est, aut grauiter ægrotat*. Pienso, que tu padre sea o muerto, o muy doliente.

Cum verbis verò dubitationis aut inscientiæ, subiunctiuum An *admittit*. Ideoq; *tu interroga*, A*urúmne est, an aurichalcum?* Et *tu responde*, Ne*scio an sit hoc, an illud.* Hîc *peccatur à plerisq; ad hunc modum*, Amo *personale, aut impersonale? Quæ vitiosa oratio, si interroges, orationis munditiem ad hanc formam habet*, Amo *personale, an impersonale? vel* Amo *personaléne est, an impersonale? vel*, Amo *personale est, nécne? vt* Cicero pro Flacco, V*trum vultis*, Pr*ætori* Flacco *licuisse, nécne?* Id *est, licuisse, an non? Quidam superuacuò addunt alterum* An: *sic*, Ne*scio an venerit, nécne. dictum enim oportuit*, Ne*scio uenerit, nécne.*

Huic *confinia sunt illa*, An, *et num*. Vi*se num redierit.* Anda ver si es buelto. Ni*hil refert, fecerisne, an persuaseris.* Todo es vno hazer vna cosa, o persuadir a otro que la haga.

Sed *operæpretium est illud audire*, Quoties *per* nega=

negationem interrogamus, subintelligi affirmationem. Non ego te spoliaui? quasi dicat, Ego te spoliaui. Affirmatiuæ responsioni conuenit Etiam: ut, Vidisti me hodie? Si te uidi, respondere debeo, Etiam, uel Sic. Plinius ad Tacitum, Studes inquam? Respondet, Etiam. Qua in re Terentius per Ita nouo quodam modo locutus, apud quem Simo dicenti Dauo, Mihine? Respondet, Ita. Vbi memineris Ne secundo loco poni. Monosyllaba autem vox Num subintelligit utique negationem: ut, Num ego te spoliaui? Quasi dicat, Ego te non spoliaui. Cic. quarto Acad. Quid ergo illud ad nos? num nostra culpa est? Naturam accusa, quæ in profundo ueritatem (vt ait Democritus) penitus abstruserit.

PENE, ET SIMILIA.

Penè, Propè, Propemodū, Tantūnon, Modonon, vnico verbo, seu alia dictione contenta sunt.

Propemodum insaniebat.

Tantumnon insaniebat.

Modonon montes auri pollicebatur.

Sunt aduerbia, quæ rei non planè perfectæ appelles, Penè, propè, propemodū, ferè, et temerè, cum non, tantumnon, modonon, unico uerbo, seu alia dictione contenta.

Hora propè prima. Es quasi la vnâ hora.

Quasi, in hoc sensu citra uitium usurpari non potest:

quæ

quæ vox similitudinem dicit. *Noue tamen quasi pro Feré Suetonius dixit in Caligula*, Nono *Calendas Februarij hora quasi septima cunctatus an ad prandium surgeret*. *quod annotauit* Erasmus.

Pené acta est comœdia. La comedia es quasi jugada.

Terentius in Phorm. *Senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens*. *Id est feré*. Ha lo hecho venir por vna letra prometiendole montes y marauillas.

Sueto. in Tyberio, *Tantumnon aduersis tempestatibus* Rhodum *enauigauit*, Quasi. *Quinti*. *Hoc triste spectaculũ, et tantumnon ipsi qui fecerat*. *Id est propé est vt ipsi*. *Qui loquendi modus etiam solui potest per* Non *solùm*, Non *modo*, *Quintiliano in delitijs habitus*. *Tantumnon insaniebat*. Quasi loco.

ADVERBIVM
relatum non ad verbum.

Aduerbium aliquoties refertur non ad uerbũ, sed ad aliã orationis partem.

Homo egregiè impudens.

Ne parum sis leno.

Admodum puella.

Admodum anus.

Aliquoties aduerbium adhæret aduerbio.

Non

Non admodum pulchré.
Parum lauté.

Aduerbium inde nomen accepisse creditur, quòd verbo iunctum, eius sensum plane aperiat: vt, Ei omnia læta precor, quam perdité amaui. Dios de buena vẽtura a aquella, que yo he tanto amado. *Quod & eius participio accidit. Quintilianus, Nihil temerè dictum perit.* Cosa mal dicha no cae jamas en tierra. *Et adiectiuis nominibus, quæ sunt affinia:* Homo egregié *impudens.* Muy desuergonçado. *Refertur tamen nouitate vetusta ad substantiuum epitaseos. Terent. in Phormione, Verum si cognata est maximé, non fuit necesse habere. Vbi Donatus,* τῷ ἰδιωτισμῷ, *inquit, addidit maximé. Nam siue cognata est, siue non est, non recipit* τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, *hoc est, non dicitur maximé cognata, & cognata minimé: sed aut est, aut non est.* Ibidẽ, *Eia ne parum leno sies.* Id *est, ne nõ satis lenonis partes agas.* Guarda que no seas mal alcahuete. *Nimiũ mater est.* Ama demasiado sus hijos. *Admodum puella.* Muy manceba, de muy poca edad. *Admodum anus.* Muy vieja: *Cicero de Amicitia, Admodum adolescentulus.* Muy mancebo. *Aliquoties ad aliud aduerbium refertur. Cicero ad Octauium, C. Cæsare fortißimé, sed parum feliciter à* Reipubli. *dominatione semoto. Admodum pulchré.* Muy hermosamente. *Parum lauté me accepit.* No nos dio viandas muy delicadas.



DE CONSTRVCTIONE CONIVNCTIONVM.

Quanquam, & similia.



Vanquā, Tametsi, Etsi, Etiamsi, frequentiùs adiunguntur indicatiuis:

Quanuis & Licet subiunctiuis.

Etiamsi, cum vtrisq; cohæret.

Vt, pro quanuis, semper subiūctiuum flagitat,

Serui vt taceant, iumenta loquentur.

Aliquoties ad aliam orationis partem referuntur, non ad verbum.

Complectitur hominem, quanuis malè volentem, etiamsi peßimè de se meritum.

In coniungendis sensibus peccatur plerunq; à mediocriter doctis: in causa est, quòd negligitur coniunctionis virtus, quæ nisi modò voces, modò orationis membra doctè vinciat, non video quî vitare poßimus illud Cicer. conuitium, Scopæ dissolutæ: quiq; suppetat sermonis puritas, orationisq; mundities: quod Erasmus, grammatica bene fortunante, feliciter attingit.

Aduer-

*Aduersatiuæ igitur cōiunctiones,*Etſi,T*ametſi,*Q*uanquam,*Etiamſi,*aſciſcunt indicatiuum duntaxat in principio ſtatim orationum,epiſtolarum, librorū,cùm verbis cohærent.*Cicero *pro* Milone, Etſi *vereor iudices.* Aunque yo temo.

Idem,T*ametſi iactat ille quidem illud ſuū arbitrium.* Cicero Attico, Q*uam tibi etiamſi nō deſideras,tamen mittam.*Iunguntur *etiam cum alijs ſubiunctiuis,orationem non inchoantes.*Q*uintilianus,Cædi verò diſcipulos,quanquam id receptum ſit.*Cicero Lentulo, Q*uanquam apertè* Volcatio *aſſentirentur.*

Vt,*pro quāuis,ſubiunctiuum habet.Serui vt taceāt, iumenta loquentur.* Id eſt, *quanuis ſerui taceant.* Non *deſunt,qui* Vt *concedentis pro* Poſito *quòd,interpretentur.*Cicero Attic.*Nam quid de me dicam, cui ut omnia contingant quæ volo,leuari non poſſum?*

Q*uanuis,verò & Licet,ſubiunctiuū ſæpius poſtulant,raro orationem inchoātes.*Virgil. Q*uanuis multa meis exiret victima ſeptis.* Q*uæ tamē finitis iuncta reperiuntur.*Earum *omnium redditiuæ ſunt,tamen,attamen,ſed tamen.*Hiſpanicè.Empero,Mas,Empero.

Aliquoties *ad aliam orationis partem feruntur,non ad verbum. Complectitur hominem , etiamſi peſsimè de ſe meritum.*No obſtante, que le aya hecho daño.

NI, NISI, CVM
ſimilibus.

Ni,Niſi,Si,Siquidem, Quòd,Quia, & indicatiuis,& ſubiunctiuis adhærēt.

Nisi facies.
Nisi feceris.
Quòd bene vales, gaudeo.
Quòd redieris incolumis, gaudeo.
Non quia sic merui.
Non quia sit pauper, sed quòd sit improbus.

Nisi & ni, vtrunq; modum sibi subijciunt. Terent. *Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mauis eripi.* Bueluenos aqui mi amiga, si tu no quieres, que te la quitemos por fuerça.

Idem, *Nónne tibi satis esse hoc visum solidũ est gaudium, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?* Si aun vos no me diessedes vana esperança.

Fabius libro secundo, *Tam firma est, vt non perdat vires suas, nisi adiuuetur asseueratione discentis.* Latinum igitur erit, *Vapulabis, nisi caues:* et, *Vapulabis nisi caueas.* Sed Nisi cum verbo principali indicatiuum magis efflagitat.

Cicero pro Milone, *Nisi fortè putamus dementem Scipionem Aphricanum.*

Si, eandem constructionem habet. *Si illustrantur, si erumpunt omnia.*

Siquidem, vsum non dißimilem habet. Quintilianus, *Atque natura ipsa videtur ad tolerandos faciliùs labores, musicam velut muneri nobis dedisse: siquidem & remigem cantus hortatur.* Id est, quia. quo modo

vnius

vnius vocis est: aliter Si certè, sonat.

Idem lib. quarto, Quare illud stultißimè præcipitur, quod defendi non potest: silentio siquidem dißimulandum est id, de quo iudex pronunciaturus est.

Quòd, ad hunc ordinem referendum est, quam vocem causales formulæ recipiunt: vt, Ideò nulli placces, quòd tibi nimium places. Desplazes a todos, por ser muy vanaglorioso.

Ob id te sæpius reprehendo, quòd impensius amo. La causa porque muchas vezes te reprehendo es porque te amo demasiadamente.

Quòd redieris incolumis, gaudeo. Gozo me que boluiste sano.

Quòd bene vales, gaudeo. Plazer tēgo, que estas bueno.

Quòd res tibi feliciter euenerit, lætor. Alegro me que tu hecho aya ydo bien.

Sed in proximis orationibus Quòd ὑδλιιῶς accipitur, quod tamen apud Græcos est vsitatius in ὅτι. Latini magis gaudent infinitiuis: vt, Lætor rē feliciter euenisse: nisi species præmittatur: vt, Quòd pater reualuit, gaudeo.

Quia, ad hanc classem refertur. Quia impensius te diligo, ob id sæpius reprehendo. Non quia sic merui. No porque yo lo aya deseruido.

QVANDO, QVANDO-quidem, Quatinus.

Quando, & Quandoquidē, Quatinus,

Nisi facies.

Nisi feceris.

Quòd bene vales, gaudeo.

Quòd redieris incolumis, gaudeo.

Non quia sic merui.

Non quia sit pauper, sed quòd sit improbus.

Nisi & ni, vtrunq; modum sibi subijciunt. Terent. Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mauis eripi. Buelue nos aqui mi amiga, si tu no quieres, que te la quitemos por fuerça.

Idem, Nónne tibi satis esse hoc visum solidū est gaudium, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Si aun vos no me diessedes vana esperança.

Fabius libro secundo, Tam firma est, vt non perdat vires suas, nisi adiuuetur asseueratione discentis. Latinum igitur erit, Vapulabis, nisi caues: et, Vapulabis nisi caueas. Sed Nisi cum verbo principali indicatiuum magis efflagitat.

Cicero pro Milone, Nisi fortè putamus dementem Scipionem Aphricanum.

Si, eandem constructionem habet. Si illustrantur, si erumpunt omnia.

Siquidem, vsum non dißimilem habet. Quintilianus, Atque natura ipsa videtur ad tolerandos facilius labores, musicam velut muneri nobis dedisse: siquidem & remigem cantus hortatur. Id est, quia. quo modo

vnius

vnius vocis est: aliter Si certè, sonat.

Idem lib. quarto, Quare illud stultißimè præcipitur, quod defendi non potest: silentio siquidem dißimulandum est id, de quo iudex pronunciaturus est.

Quòd, ad hunc ordinem referendum est, quam vocem causales formulæ recipiunt: vt, Ideò nulli places, quòd tibi nimium places. Desplazes a todos, por ser muy vanaglorioso.

Ob id te sæpius reprehendo, quòd impensius amo. La causa porque muchas vezes te reprehendo es porque te amo demasiadamente.

Quòd redieris incolumis, gaudeo. Gozo me que boluiste sano.

Quòd bene vales, gaudeo. Plazer tẽgo, que estas bueno.

Quòd res tibi feliciter euenerit, lætor. Alegro me que tu hecho aya ydo bien.

Sed in proximis orationibus Quòd ἐλλιπῶς accipitur, quod tamen apud Græcos est vsitatius in ὅτι. Latini magis gaudent infinitiuis: vt, Lætor rẽ feliciter euenisse: nisi species præmittatur: vt, Quòd pater reualuit, gaudeo.

Quia, ad hanc classem refertur. Quia impensius te diligo, ob id sæpius reprehendo. Non quia sic merui. No porque yo lo aya deseruido.

QVANDO, QVANDOquidem, Quatinus.

Quando, & Quandoquidẽ, Quatinus,

indica-

indicatiuum exigunt, & frequenter sequuntur causam, cùm reliqua huius ordinis frequentiùs præcedant.

Quando mihi non credis, ipse facito periculum.

Ipse periculum facito, quãdo mihi non credis.

Quando & Quandoquidem, Quatinus, causalibus formulis admodum eleganter iunguntur, indicatiuum flagitantia: vt, Quãdo tu me negligis, tui quoq; curam abijciam. Pues tu no tienes cuydado de mi, yo no me curare de ti.

Cice. de Oratore, Quæ sunt in hominũ vita, quãdoquidẽ in ea versatur orator, atq; ea est ei subiecta materia. Quintilianus, Quando orator est vir bonus, is autem citra virtutem intelligi non potest.

Quatinus, eiusdem farinæ est. Quintilianus, Quatinus huc incidimus, paulò plus scholis demus. Quatinus, id est, quoniam.

Ad eundem modum Plinius in Epist. Posteaquàm vsurpauit: Maneat, inquit, puella, posteaquàm sponso iucunda est. Posteaquam mihi non credis, alios in consilium adhibe. Pues que tu no me crees.

QVIPPE.

Quippe item, cùm propriũ habet verbũ.

Danda est huic venia, quippe ægrotat.

Quippe,

Quippe, rationis redditiua cõiunctio, pro quia, certè, vel quoniam, indicatiuum exigit, proprium verbum habens. Quintilianus, Quippe id est homini naturale.

Danda est huic venia, quippe ægrotat. Cumple le permeter aquello, visto que esta doliente.

QVIPPE QVI, VT QVI.

Si addideris Qui, vtrunque admittit modum.

Vt qui, plerunque subiũctiuis adhæret.

Non est huic habenda fides, quippe qui bis iam peierauit, siue peierarit.

Vt qui peierarit.

Quippe, quum Qui sibi comitem adiungit, vtrunq; modum tum indicatiuum, tum subiunctiuũ habet. Plin. lib. 12. de cappari loquens, Quippe quæ res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescit.

Vt qui, forma neq; dissimili, vt hîc docetur, pro quia, modò indicatiuo, modò subiunctiuo iungitur: sed cum subiunctiuis frequentius. Terent. in Andria, Denique ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam neget daturum.

Non est huic habenda fides, quippe qui peierauit: vel quippe qui peierarit: siue, vt qui peierarit. No se le dara fe, visto que se sea, o que se es perjurado.

QVI.

Qui, cùm habet vim causalem, semper adhæret subiunctiuo.

Stultus es, qui huic credas: id est, quòd vel quia credis.

Qui, in eadem re, scilicet pro quoniam, subiunctiuo semper gaudet.

Cicero Curioni, *Tamen peccasse mihi videor, qui à te discesserim.* Pienso auer hecho falta en me partir de ti.

Stultus es, qui credas. Eres biẽ bouo de le creer.

VT, VTPOTE.

Vt, & Vtpote, proprium verbum nunquam habent.

Odi Petrum, vt in omnes maledicum.

Vtpote in omnes maledicum.

Vt, & Vtpote, *nec* Relatiuo Qui, *neq; voci* Cum *connexa, sine vllo verbo leguntur.*

Odi Petrum, vt in omnes maledicum: vel, vtpote in omnes maledicum. Mal le quiero, por tanto que dize mal de todos.

Amo Socratem, vtpote virum integerrimum.
Amo a Socrates, porque es hombre entero.

Vt, *enim &* Vtpote, *ad formulam causalem referuntur, cuiusmodi sunt quæ proximè attigimus: vt,* Odi Dionysium, *quippe tyrãnum.* Sicut, *Amplector Petrũ, vt optimè de me meritum.* Tamen Vt et Vtpote, *potiùs aduerbia videntur pro ceu, aut tanquam, quàm conditionales coniunctiones, aut causales.*

Vtpote *autem &* Vt, *sequente relatiuo* Qui, *&* proprium

propriumverbum habent, et ſubiunctiuum admittunt. Quæ ipſa eſt huius loci, ac Vallæ libro ſecundo germana ſententia, ne quis cum interprete (quod eius pace dixerim) hallucinetur. Vt ratio noſtra probetur, Vallæ verba aſſcribam: Huic, puta Quippe, ſimilimum eſt Vtpote, præterquā primo modo, Id eſt, cū Quippe ſine relatiuo Qui aut Cum legitur. Verba ſequentia hunc ſenſum oculis ſubijciunt, Non enim, ait, habet ſuum verbum, quale foret Vtpote: Id eſt, homini naturale. In cæteris omnibus vſum habet ſimilem: Id eſt, cum Qui. Quintilianus, Et omnia noua offendit, vt qui ſolus didicerit, quod inter multos faciēdum eſt. Cicero ad Atticum, Me incommoda valetudo, qua iam emerſeram, vtpote cùm ſine febri laboraſſem, tenuit. Idem ad eundem, Ea nos, vtpote qui nil contemnere ſoleamus, non pertimeſcebamus.

Non omittendum Vt ad alios ſenſus accommodari. Vt nunc ſunt mores. Id eſt, pro huius ſeculi moribus: Vt eſt barbarorum ingenium. Id eſt, pro conditione barbarici ingenij.

Vt non, pro quin, legitur. Non poteſt ſtudere opibus, vt animi tranquillitatem non perdat. Id eſt, non poteſt quin perdat, Non poteſt niſi perdat. copia eſt.

Terentianæ facundiæ illud eſt, Vt te Dij perdant. pro vtinam.

Et Ita vt, pro vt, frequens eſt apud Ciceronem: Ita vt facis. Eadem vox imitatione Græca, ex abundanti Ne additur: vt ne, pro ne: quod Terentianæ caſtimoniæ eſt: vt.-id arbitror Apprime in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis. In Andria. Et apud eundē, Metuo

vt ferre poßis. Id est, ne non poßis, metuo. Vereor vt pater resciscat, Vereor ne pater resciscat, Vereor ne non resciscat. copia est.

Denique *finales formulæ* Vt *coniunctione gaudent cum subiunctiuo: Tu vigilas vt ditescas.* Tu trabajas, por te hazer rico.

Quintil. In hoc reperta musica, vt animos delectet. La musica fue hallada por recrear los animos.

Vti & Quò, eôdem spectant: vbi tacitus non prætceribo, Vt verbis timoris connecti, & rogandi, & iubendi: cui item locus est post tam, tantus, talis, adeò, tot, sic, ita facio, efficio, fio, timeo, vereor, metuo: vt, Timeo ne præceptor resciscat: aut, Vt ne resciscat: aut, Vt resciscat. Quæ omnia Quòd particulam repudiant. Nam, Timeo quòd Magister sciet, solœcismi vitio laborat: &, Talis est oratio, quòd tædio compleat, Latinè non dicitur: sed, Lectio est talis, vt tædio compleat. In similibus eodem iudicio vtendum.

TVM TVM, CVM TVM.

Et tum tum, cùm tum, similes modos copulāt in verbis: in declinabilibus, similes casus. Odit tū literas, tum virtutem.

Amplectitur cùm eruditos omnes, tum in primis Marcellum.

Copulatiuæ coniunctiones, quibus quæ coniuncta videri volumus, connectuntur, similes casus asciscunt. Ego et tu patrueles sumus. Vos y yo somos primos de parte de padre.

Nisi

Nisi aliud varia vocis syntaxis suadeat: vt, Emi *equum talento & pluris.* Merque el cauallo por seys cientos ducados, y mas.

Aliquando voces vinculo carent. vt Quintilianus, Sunt & alia ingenita cuique adiumenta, vox, latus patiens laboris, valetudo, constantia, decor.

Orationes quoque coniunctionibus carent: quæ virtus, orationis dissolutio vocatur.

Cicero contra concionem Metelli, Qui iudicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci iußit, in Senatu sunt positi.

Fabius libro duodecimo, Verùm & Marcus Cato cùm in dicendo præstantißimus, tum iuris fuit idem peritißimus.

Amplectitur cùm eruditos omnes, tum in primis Marcellum. Ama todos los hombres doctos, principalmente a Marcel.

Cùm enim & Tum copulatiuis coniunctionibus connumerantur. Sed est in Cùm quiddam minus, in Tum quiddam maius.

Tum autem geminatum pro Et, copulatiua coniunctio est. Odit tum literas, tum virtutem. Id est. Odit literas & virtutem.

Quàm, nisi, & præterquàm, parem his usum habent. Claudianus, Quis, nisi mentis inops, oblatum respuet aurum? Quien es, si no es nescio, que menosprecie el oro? *Auarus nulli rei præterquàm pecuniæ studet.* El auaricioso no piensa sino al dinero. *Tam eruditus quàm probus.*

Adhæc coniunctiones copulatiuæ modi eiusdẽ verba

ba amant, Sedeo & scribo.

Temporis interdum dißimilitudo est. Cicero pro Quintio, Mihi siquid deberetur, peterem, ac iudicio iampridem abstulissem. Hæc frequens emendatè loquentium consuetudo: modi siquidem varietas tam rarò obuia est vt aures offendat. Cicero tamen ad Atticum, Nusquam, ait, facetius miserrimam vitam uel sustentabo, uel, quod multò est melius, abiecero. Et pro Quintio. Et in principio de Amicitia, Cùm sæpe multa narraret, tum memini domi in hemicylo sedentem, ut solebat, cùm & ego essem unà, & pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore. Quod Græcis nos debere tradit Budæus in Græcæ linguæ Commentarijs.

PRAEPOSITIONVM CONSTRVCTIO.

Præpositio versa in aduerbium.



Ræpositiones quæ citra casum vllum vsurpantur, in aduerbiorum naturam transeunt.

Extrà meijte.

An mare quod suprà memorem, quodq́; alluit infra?

Propè adest.

Præ-

Præpositiones sine casu pro aduerbijs leguntur. Persius, -pueri sacer est locus, extrà Meijte. Mead en otra parte, de fuera.

Persius, Nec te quæsiueris extrà. Mira tus virtudes en ti mesmo.

Sallustius, Pauca suprà repetam.

Quemadmodum rursus & aduerbia quædam accedente casu in præpositiones transeunt: vt,

Procul, Coram, Clam, Palam.

Præpositionis aduerbijq; mutua enallage est, ac altera pars, altera commutatur: cuius claßis quatuor sentit Erasmus, Procul, coram, clam, palã, quæ natura sua aduerbia, accedente casu præpositiones fiunt, ut Quintilianus libro primo, Singula procul dubio uitiosa sunt.

CASVS PRÆpositionum.

Quædam accusatiuum exigunt: vt,

Intra parietes.

Extra vallum.

Præpositiones accusatiui casus sunt illæ:

Ad. Terent. in Andria, Pulchra quidem, sed nihil ad nostrã hanc. No es nada en comparation de la nuestra. Nam Nihil ad, formula comparationis est.

Apud

Apud.Cicero,Cum apud Pompeium *fuissem.Vado autem apud,est soloecismus.*

Aduersus.Teren.in Phorm. *Ego te complures aduersus ingenium meum menses tuli.*Yo te he suffrido mucho tiempo contra mi natura.

Cis.Liuius,Cis montes castra Ligurũ *erant.*De aca de los montes.

*Citra.Quintil. Tum nec citra musicen grammatice potest esse perfecta.*Sin musica.

Vltra.Vltra centesimum lapidem. A mas de cient millas.Digestis,De *officio præfecti urbis.*

*Circa.Plautus,Redito huc circa meridiem,*Buelue hazia medio dia.

*Extra.Cicero in Parad. Histrio si paulùm se mouit extra numerum,*Si salio del compas.

Intrà.Intra parietes disceptare,Cicero pro Quintio. Pleytear aparte por arbitros o sommariamente.

*Inter.Horatius,Multa cadunt inter calicem,supremaq; labra.*El hombre propone, y Dios dispone.

Ob.Cic.pro Rabir.Mors ob oculos sæpe uersata est.

Per.Terentius, Quod ego per hanc te dexteram oro,obtestorq;.

Præter.Teren.Ita fugias,ne præter casam.

Post.Cic.in Verrem, Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit. Despues que el mundo es mundo.*Teren.in* Eunucho *,Hîc ego ero post principia.*Despues la auantguarda.

Secundum.Cic.Proximè autem secundum deos,homines hominibus maximè utiles esse possunt.

supra.

Suprà.Plinius, *Cicero ſupra omnem ingenij aleam poſitus*. Ciceron paſſo todos los ingenios humanos.

Trans.Horatius, *Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt*. La mutacion de tierra no muda el animo.

Infrà.Terentius in Eunucho, *Ego te eſſe infra omnes infimos homines puto*. Yo te eſtimo el minimo de los minimos.

Prope te ſedeo. Yo me aſsiento cerca de ti.

Ante.Ouidius, *-diciq; beatus*
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.

Penes.*Fides penes authorem ſit*, Vulgò, *Ad pœnam libri*.

Quædam Ablatiuum: vt

Ab vrbe.

Quædam vtrumq, ſed non eodē ſenſu.

Ablatiuo illa iunguntur:

A libellis, Notario. *A poculis*. Copero.

A pedibus. Page.

A confeßionibus reginæ, Confeſſor de la Reyna.

Ab epiſtolis, Secretario.

Hac enim periphraſi cognatum magiſtratū ſignificamus. Vbi ſubauditur ſeruus aut miniſter: ne quis eam circuitionem vnius vultus eſſe credat, quam orationem eſſe contendimus.

Cum.*Damnum appellandum eſt, cum mala fama lucrum.*

Abſque.

Absque. Terentius, *Absque eo esset.*

De. Quintilianus lib. 6. *Amantes de forma iudicare non possunt.* El enamorado no juzga bien de la hermosura de su amiga.

Ex. Iuuenalis. *-lucri bonus est odor ex re Qualibet.* Como quiera.

E. *Laborat è capite.* La cabeça le duele.

Pro. Quintilianus libro sexto, *Pro facto est quicquid volumus.* Lo que queremos, es tenido por hecho.

Præ. Cicero in Lælio, *Præ cæteris floruisset.* Huuiesse florescido mas que todos.

VARII CASVS præpositionum earundem.

I N.

In, cùm significatur actus in loco, desyderat ablatiuum.

In animo est.

In foro versatur.

In pro erga, accusandi casum habet.

Optimo in te animo.

Item, In pro contra.

In omnes maledicus.

In pro ad.

In

In hoc incumbite.

In hoc natus sum.

In mercatum abijt.

Præpositionum quarundam constructio uariat, sed sensu propè diuerso.

In, accusatiuo gaudet, vbi motio aliqua significatur. Cic. *Terentiæ, Da te in viã.* Pone os en camino.

Terentius in Phor. Conijciam me in pedes. Caminare rezio.

Quintilianus libro.5. Turbantur enim, & à patronis diuersæ partes inducuntur in laqueum. Hazen les temor, y enlazan los.

In, pro super. Tu in utranque dormias aurem. Dormi sin cuydado.

In, cum verbis additur, quorum actio in futurum spectat. Terentius, In hunc diẽ sunt constitutæ nuptiæ. A este dia fueron ordenadas las bodas.

In, pro ad, vel pro. Catullus, In bonam accipias partem, rogamus. Rogamos te lo tomes en bien.

Cicero, Incumbe per deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi dignitatem & laudem afferat. Trabaja y piensa en tal cosa. *&, In hoc natus sum: pro ad hoc, siue ad hunc finem. oratio Quintiliano frequens. In mercatum abijt.* Fuese al mercado.

Cicero Offic.1. Quò cùm tanquam ad mercatum bonarum artium profectus sis, inanem redire turpißimũ est. Terentius in Andria, Et pisciculos minutos ferrẽ obolo in cœnam seni. Para cenar.

In,pro erga.Petrus est optimo in te animo. Te tiene buen amor. *Tua in me officia infinita sunt.* Los plazeres que me has hecho, son sin cuento.

In,pro contrà. Quintil. Nam quidam vehemẽter in eam inuehi solent.Iohannes à Vallibus in omnes maledicus. Maldiziente de todos.

In,pro ante.Terent.in Adelphis,Ah vereor coràm in os te laudare amplius. Verguença tengo,de te alabar delante.

In,pro vsq; ad. Quintil.lib.12.Nec rursus differendum tyrocinium in senectutem. No cumple esperar, de ser nouicio a la vejez.

Cùm autem significatur actus in loco,vult ablatiuũ. Liuius,In re præsenti disceptarent. Sobre el lugar.

In procinctu est illi verborum copia. Es prompto a dezir y copioso.

Cicero,Nam mihi erat in animo mittere ad Dolabellam.Id est,volebam atq; constituebam. Veteres in hac significatione,Græca consuetudine, vsi sunt accusatiuo. Cicero de lege Agraria, Aliquando tamen lex in publicum proponitur. Se publica.

Et in Parad.Et ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus.Ita,In honorem esse,In mentem esse,In potestatem esse,quæ Gellius annotauit.

S V B.

Sub nocte:id est, in nocte.
Sub noctem:id est, instante nocte.
Sub ea:id est, post ea.

Item

Item Sub, additum verbo motus ad locum, accusatiuum exigit.
Sub vmbram properemus.

Sub, cum verbo quietis, ablatiuum requirit.
Sub lodice.
Sub vmbra.

Sub, cùm tempus, aut motum ad rem significat, accusatiuo datur. Cice. de Orat. Ea quæ sub oculos ipsa non cadunt. Cosas inuisibles. Virgilius, Sub lucem exportant. Id est circiter.

Idem, Sub noctem cura recurrit. Id est, instante nocte. Nã Sub significat et paulò ante, vel protinus post. Cicero ad Plancum, Cùm is frigidas sané & inconstantes recitasset literas Lepidi, sub eas statim recitatæ sunt tuæ. Id est, post eas.

Sub nocte autem significat intra noctem. Seneca ad Lucilium, Consilium nasci sub die debet.

Cum verbo quietis ablatiuũ requirit. Horat. in Arte, Adhuc sub iudice lis est. Aun piende el processo. Iuuenalis, -modò sub lodice relictis
Vteris in turba. Debaxo el cobertor de la cama.

SVPER.

Super numerum ingenuorum: id est, vltra numerum.

In,pro erga. Petrus est optimo in te animo. Te tiene buen amor. Tua in me officia infinita sunt. Los plazeres que me has hecho, son sin cuento.

In,pro contrà. Quintil. Nam quidam vehemēter in eam inuehi solent. Iohannes à Vallibus in omnes maledicus. Maldiziente de todos.

In,pro ante. Terent. in Adelphis, Ah vereor coràm in os te laudare amplius. Verguença tengo, de te alabar delante.

In,pro vsq; ad. Quintil. lib. 12. Nec rursus differendum tyrocinium in senectutem. No cumple esperar, de ser nouicio a la vejez.

Cùm autem significatur actus in loco, vult ablatiuū. Liuius, In re præsenti disceptarent. Sobre el lugar.

In procinctu est illi verborum copia. Es prompto a dezir y copioso.

Cicero, Nam mihi erat in animo mittere ad Dolabellam. Id est, volebam atq; constituebam. Veteres in hac significatione, Græca consuetudine, vsi sunt accusatiuo. Cicero de lege Agraria, Aliquando tamen lex in publicum proponitur. Se publica.

Et in Parad. Et ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus. Ita, In honorem esse, In mentem esse, In potestatem esse, quæ Gellius annotauit.

S V B.

Sub nocte: id est, in nocte.

Sub noctem: id est, instante nocte.

Sub ea: id est, post ea.

Item Sub, additum verbo motus ad locum, accusatiuum exigit.

Sub vmbram properemus.

Sub, cum verbo quietis, ablatiuum requirit.

Sub lodice.

Sub vmbra.

Sub, cùm tempus, aut motum ad rem significat, accusatiuo datur. Cice. de Orat. Ea quæ sub oculos ipsa non cadunt. Cosas inuisibles. Virgilius, Sub lucem exportant. Id est circiter.

Idem, Sub noctem cura recurrit. Id est, instante nocte. Nã Sub significat et paulò ante, vel protinus post. Cicero ad Plancum, Cùm is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi, sub eas statim recitatæ sunt tuæ. Id est, post eas.

Sub nocte autem significat intra noctem. Seneca ad Lucilium, Consilium nasci sub die debet.

Cum verbo quietis ablatiuũ requirit. Horat. in Arte, Adhuc sub iudice lis est. Aun piende el processo. Iuuenalis, -modò sub lodice relictis

Vteris in turba. Debaxo el cobertor de la cama.

SVPER.

Super numerum ingenuorum: id est, vltra numerum.

Super hæc omnia: id est, præter hæc omnia.

Super Priamo: id est, de Priamo.

Super arbore sidunt: id est, in arbore.

Super, pro ultra, accusatiuum habet. Super numerũ ingenuorum. Id est, ultra. Virgilius,
Saturno quondam, super & Garamantas & Indos
Proferet imperium.

Super, pro præter. Plin. in Ep. Nã cũ vir grauissimus, doctissimus, disertissimus, super hæc occupatissimus.

Super, locum significat. Sobre. Sueto. Superq; se subsellio secundo collocauit.

Cum situm significat in loco, cum accusatiuo & ablatiuo construitur. Virgil. Fronde super viridi. Idem, Super arbore sidunt. Id est, in arbore. Suetonius, Quatriduum super rupem assumptum.

Super, pro de, ablatiuum habet:
Virgilius, Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

TENVS.

Tenus, gaudet ablatiuo singulari, genitiuo plurali.

Pube tenus.

Crurum tenus.

Sed hæc videntur veluti composita: quem-

quemadmodum & illa, Hactenus, Eatenus, Quatenus.

Tenus, cum additur uerbo multitudinis, rés ue geminas significãti, genitiuum pluralẽ asciscit. Crurum tenus, apud Virgilium. Hasta las piernas.

Aurium tenus. Hasta las orejas.

Nuptiarum tenus. Hasta las bodas.

Quintilianus libro duodecimo, Aurium tenus in vsum lingua percepit.

Eadem præpositio cum cæteris dictionibus ablatiuo gaudet: vt, Vmbilico tenus. Hasta el ombligo.

Est autem significatio Vsq; ad. Apuleius, Pallio tenus philosophos imitatur. Trahe habito de philosopho, y no lo es. *Virgilius,*

Et lateri capulo tenus abdidit ensem. Pusole el espada por el lado hasta la empuñadura.

Ex eadem voce coalescunt illa, Hactenus, hac fine: Quatenũs, qua fine. Eatenus, pro intantùm Cicero dicit: quæ loci, aut temporis aduerbia sunt. Nam Hactenus, est vsque ad hunc locum. Quatenus, usque ad quẽ locum, aut tempus.

VERSVS.

Postponitur & Versus suo casui: Romam versus iter est.

Versus, semper postponitur. Liuius, Romam uersus: Hazia Roma. *quæ præpositio in aduerbij naturã uertitur, quoties alia adest: ut, Ad occidentem uersus.* Hazia el occidente.

VSQVE.

Vsq;, raro sine altera praepositione reperitur, & significat temporis aut loci magnitudinem.

Ad multam vsq; noctem.

Ab extrema vsque India.

Vsurpatur & aduerbialiter, pro semper siue continenter.

Celsus, Sed ieiunus etiã vsq; sudorem. Hasta sudar. *Vsq;, alteri praepositioni affixa, tum loci, tum tẽporis aduerbiũ est: vt,* Hinc vsq; ad sydera notus. Ex Aethiopia est vsq; haec. Et, In flumen vsq;. Ab extrema vsque India. Desde el fin de la India. *Item* Vsq; *aduerbium,* Semper *sonat.* Terent. in Adelph. *Me pugnis miserum, & istam psaltriam vsq; occidit.*

A.

A, praeponitur dictionibus incipientibus à consonante.

A foro. A castris.

A B.

Ab, incipientibus à vocali.

Ab omnibus.

Nisi sint liquidae, aut i consonans.

Ab rege. Ab Ioue.

ABS.

Abs, incipientibus abs q, & t.

Abs quouis. Abs te.

A, præpositio consonantibus omnibus rectè præponitur. A foro venio. Vengo del mercado.

Ab, duabus solis liquidis L, R, & I, etiam consonanti. vt Virgil. Ab Ioue principium musæ. Ab rege. Nullam verò aliarum consonantium amat.

Abs autem non solùm T præponitur: vt, Abs te: sed Q. Terentius, Abs quiuis homine beneficium accipere gaudeas.

PRAEPOSITIONES semper compositæ.

Sunt quæ non inueniantur extra compositionẽ: Di, Dis, Re, Se, Am, Con: Diduco, Dißipo, Refero, Seiungo, Ambigo, Conuenio.

Quædam præpositiones nisi in compositione nõ leguntur: Di, Diduco: Dis, Dißipo: Dissipar. Re, Refero, Relatar. Se, Seiungo. Apartar. Am, Ambigo. Dudar. Con, Conuenio. Conuenir.

CON PRAEPOSITIO.

Con, ex quibusdam neutris facit transitiua. Comminxit lectum.

Conspuit hominem.

Concacauit.

Compluit.

Conuomuit maritum.

Con, compositione variat genus. Venio, *neutrũ:* Conuenio te, *id est alloquor: actiuum verbum dicito.* Virgi. Conuenit Anchisen. Ad hanc formam pertinent, Comminxit lectum. Meo en el lecho. Conspuit hominem. Quintilia. libro 8. *Sunt & duræ, id est à longinqua similitudine ductæ: vt,* Capitis niues. & Iuppiter hybernus cana niue conspuit Alpes.

Conuomuit maritum, Gomito ſobre ſu marido.

D E.

Deijcio: id est, ex alto iacio.

Deamo: id est, valde amo.

Desipit: id est, sapere desijt.

Deferbuit ætas.

Reclamat: id est, contraclamat.

Repetit: id est, denuo petit.

Retegit: id est, quod tectum est, aperit.

Deijcere, Derribar. *Cicero, Sime ædilitate deiecisset.*

Plautus in Epid. Cum illa, quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit. Ama demaſiadamente.

Hîc accreſcit primogenij intellectus, quẽ aliquando præpositio mutat.

Plautus in Epid. Desipiebam mentis. Eſtaua fuera

de mi

de mi ſeſo.

Deferbuit ætas. Refrio ſe el heruor de la edad. *Terentius in Adelphis, Sperabam iam deferbuiſſe adoleſcentiam.*

Cicero Lentulo, Eius orationi vehementer reclamatũ eſt. Mucho han contradicho alo que dezia.

Re, enim aliquando ſonat ex aduerſo. inde Cicero Officiorum ſecundo, Fortunam reflare dixit, quæ eſt aduerſa. Contraria.

Terentius in Andria, Hem, repudiatus repetor. Deſpues de me auer rehuſado me tornan a llamar.

Iuuenalis, Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ. Sean deſcubiertos.

Sic, cum omnibus dictionibus clauſuram, tegimenue ſignificantibus, RE *mutat ſignificationem.*

Retexere.

DE CONSTRVCTIONE

Interiectionum.

O



O Exclamantis, admittit vocatiuum, nominatiuum, & accuſatiuum.

O dij immortales.

O vir fortis.

O insignem impudentiam.
Subauditur autem frequenter: vt,
Singularem impudentiam.

Interiectio, tacitus quidam affectionis sermo est, qui in casus varios fertur, vt ô: quod vt dißimiles affectus, ita & casus petit.

Exultantis, cum nominatiuo.

Terentius,

O *vir fortis, atque amicus.* O varon valeroso y de leal amicicia.

Idem, O *factum bene.*

Lugentis, cum vocatiuo:

Virgilius,

O *dolor atque decus magnum.* El gran dolor, y la grande honrra que es.

Cicero,

O *nox illa quæ tenebras attulisti.*

Exclamantis, cum accusatiuo.

Persius,

O *curas hominum, ô quantum est in rebus inane!* O quanta vanidad ay en este mundo!

O *insignem impudentiā!* La gran desuerguença!

Cicero,

O *variam volucremq; fortunam!* Quan mudable es la fortuna!

Minimè ignorandum O *subaudiri, vbi affectus est parum vehemens: vt, Deum immortalem.* Dios immortal. O *intelligitur.*

Heu,

HEV, PROH, ET CAETERA.

Heu pietas.

Heu ſtirpem inuiſam.

Proh Iuppiter: &, Proh deûm atq; hominum fidem.

Hei mihi.

Væ tibi.

Ah tibi.

Heu dolentis, accuſatiuis adhæret. Terentius, *Heu me miſerum.* Miſerable que yo ſoy.

Heu miſeram. O miſerable que haras. *Nominatiuo iungitur.* Plinius, *Heu dementia.* La gran neçedad.

Proh huc pertinet, quod cùm inuocationi Dei ſeruit, vocatiuo, non accuſatiuo iungitur. Cicero *in ſecunda Antoniana, de nece Cæſaris loquens, Quæ enim res, proh ſancte Iuppiter, nõ modò in hac vrbe, ſed in omnibus terris eſt geſta maior?* O Dios verdadero. *Virgilius, -proh Iuppiter, ibit Hic, ait, et noſtris illuſerit aduena regnis? Vbi excandeſcentis eſt. Alibi admirantis eodẽ modo conſtructũ.* Plautus *in Pœnulo, Proh ſupreme Iuppiter, herus meus hic quidem eſt.* O Ieſus, he aqui mi amo.

Connectitur accuſatiuo, cũ ſignificat implorationẽ. Cic. *in Lælio, Nam quis eſt (proh deûm fidem atque hominum) qui velit, vt neque diligat quenquam, nec ipſe ab vllo diligatur, circunfluere omnibus copijs?*

Hoc

O insignem impudentiam.

Subauditur autem frequenter: vt,

Singularem impudentiam.

Interiectio, *tacitus quidam affectionis sermo est, qui in casus varios fertur, vt ô: quod vt dissimiles affectus, ita & casus petit.*

Exultantis, *cum nominatiuo.*

Terentius,

O *vir fortis, atque amicus.* O varon valeroso y de leal amicicia.

Idem, O *factum bene.*

Lugentis, *cum vocatiuo:*

Virgilius,

O *dolor atque decus magnum*. El gran dolor, y la grande honrra que es.

Cicero,

O *nox illa quæ tenebras attulisti.*

Exclamantis, *cum accusatiuo.*

Persius,

O *curas hominum, ô quantum est in rebus inane!* O quanta vanidad ay en este mundo!

O *insignem impudentiã!* La gran desuerguença!

Cicero,

O *variam volucremq́; fortunam!* Quan mudable es la fortuna!

Minimè *ignorandum* O *subaudiri, vbi affectus est parum vehemens: vt,* Deum *immortalem.* Dios immortal. O *intelligitur.*

Heu,

Heu pietas.

Heu stirpem inuisam.

Proh Iuppiter: &, Proh deûm atq; hominum fidem.

Hei mihi.

Væ tibi.

Ah tibi.

Heu dolentis, accusatiuis adhæret. Terentius, *Heu me miserum.* Miserable que yo soy.

Heu miseram. O miserable que haras. *Nominatiuo iungitur.* Plinius, *Heu dementia.* La gran neçedad.

Proh huc pertinet, quod cùm inuocationi Dei seruit, vocatiuo, non accusatiuo iungitur. Cicero *in secunda Antoniana, de nece Cæsaris loquens, Quæ enim res, proh sancte Iuppiter, nõ modò in hac vrbe, sed in omnibus terris est gesta maior?* O Dios verdadero. Virgilius, *-proh Iuppiter, ibit Hic, ait, et nostris illuserit aduena regnis? Vbi excandescentis est. Alibi admirantis eodẽ modo construct ũ.* Plautus *in Pœnulo, Proh supreme Iuppiter, herus meus hic quidem est.* O Iesus, he aqui mi amo.

Connectitur accusatiuo, cũ significat implorationẽ. Cic. *in Lælio, Nam quis est (proh deûm fidem atque hominum) qui velit, vt neque diligat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur, circunfluere omnibus copijs?*

Hoc

Hoc notat Budæus in Commentarijs Græcæ linguæ.

Væ, imprecantis, datiuo gaudet. Terentius, Væ capiti tuo. Martialis, Væ tibi causidice. Mal encuentro te de Dios.

Hei, lugentis, similem casum habet. Virgilius, Hei mihi qualis erat. O quan dessigurado. Et *nominatiuum. Terentius, Hei misera.*

Ah, lugentis, sine casu Virgilius dicit, Ah silice in nuda connixa reliquit.

CEDO.

Cedò, flagitantis exhiberi, accusatiuum habet.

Cedò manum.

Cedò senem.

Cedò, flagitantis exhiberi, accusatiuum petit. Terentius in Phormione, Cedò senem, Muestra el viejo. *Idem, Cedò quemuis arbitrum.* Remeto lo a qui en quisieres.

Idem, Quin tu mihi argentum cedò. Dame el dinero. *Cedo manum.* Muestra tu mano.

Plautus in Capt. Cedò manum. Dame la mano.

AE. hem manum. Hela aqui.

AMABO, OBSECRO, ET CAETERA.

Amabo & Obsecro, blandientis: Sodes & Sultis, hortantis verba sunt, & in

in interiectionis naturam versa, quemadmodum & Age.

Amabo, eiusq; sensus Amabo te, blandientis verba, in interiectionum naturam versa sunt. Cicero Attico, Sed amabo nil incommodo valetudinis tuæ feceris. Ruego te.

Idem ad Quintum fratrem, Amabo te aduola: consolabor te. Amigo despacha te.

Plautus in Rudente, Quò amabo ibimus? Por tu vida, donde iremos?

Obsecro, vim eandem habet. Dic obsecro. Amigo yo te ruego, di me.

Sodes, Sis, Sultis, ad eandem classem referuntur. Terentius in Phormione, Visamus sodes. Vamos le ver yo te ruego.

Sodes igitur, Obsecro, Amabo, blandientis interiectiones sunt: ni hortantis aduerbia esse mauis: quod lectoris arbitrio liberum relinquo.

Sis, si vis: Sultis, si vultis: Sodes, si audes: solui solent. In his tamen omnibus copia est. Quorum quidem loco reprehenditur popularis sermo, Si placet amice. Sic, Audi amabo: non, Audi si placet.

Age item, Agite, Agedum, Agitedum, enallage afficiuntur. Aduerbium enim interiectione, siue aduerbio hortantis commutatur, tamẽ cum discretione quadam. Nam Age, modò singulari nectitur.

Terentius,

Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga: Rarius plurali iungitur. Valerius Flaccus,

Vos

SEVILLA

Vos age funereas ad littora voluite syluas.

Agite,plurali. *Virgilius,*

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

Agedum,vtrique. *Quintilianus,*

Agedum,si videtur,extra portas prospicite.

Agitedum,plurali. *Liuius,*

Agitedum ite mecum.

Age,agite,agedum,agitedum. Sus,a ellos,andemos.

FINIS.

ANTVERPIAE.

Excudebat, Martinus Nutius.

1553.

[illegible]

[illegible] in [illegible] mel [illegible]

relaxamus . 7 . communicam

[illegible] [illegible] [illegible]

pocipran abbertigaçaõ [illegible]

nomen propio est quod unius est:
nomen apelativo est: quod multorum
est.

este libro es de domingo gonçales
quien selo hallare que se lo buelva
sino sacara una carta de des
comunion por y por otras cosas
que fueron echas menos a domin
go gonçales y pido que esta verdad
le diz medemunonlue

Domingos gonçales clerigo

oportet
ita verum est
protocama
epuctima
me
alapa e cofetuda
ordenar. disponer

un verbo le podemus poner

118763960

cama

v

demanda genetivo

et

venit necio quis

dato

perifrasis




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm